ram hominib⁹.

Sermo ſecundus vnde ſupra.

Oſtq̃z conſummati ſũt dies
octo vt circuncideret̃ puer
wocatũ eſt nomẽ eius ihesus. Ab ini
tio deus modũ acceptat: et nihil vn-
quã immoderatũ illi placuit equi-
tati. Vnc fuit q̃ nõ modo in pon-
re et mẽſura et numero odidit vniuer-
ſa: ſ et ptimus ipſi homi modũ pſcri-
pſit: mandatũ otulit dicẽs. Ex oĩ
ligno paradiſi comedes: de ligno au
tẽ ſcientie boni et mali ne comedas.
Leuiſſimũ plane mandatũ: et larga
oĩmo mẽſura. Sed trãſgreſſus eſt
homo pſcriptũ ſibi modũ et ſtitutũ
ſibi terminuz ptergreſſus. Vnde et
auertẽs ab eo facie ſuã deus vix tã-
dem in diebo abrahe amici ſui placa
bilis fieri incipiẽs. rurſus modũ in-
ſtituit: promulgauit legẽ: ſ nõ prio-
ri ſimilẽ vſq̃ q̃z. Ea ſiquidez ad cau
telã fuerat: hec ad medelã. Ibi phi
bitio facta ne ſuperfluitas ſubintra-
ret: hic iam indicta abſciſio eſt: vt
ſacramẽti remedio que ſubintraue-
rat tollerẽt. Poſtremo illa quidẽ in
arbore data eſt ne fructu eius veſce
rẽt: hec in prio corpore: vt caro pu-
pucij ſcinderẽt. Nec dubiũ ſane q̃n
cetera q̃z bũani corpis mẽbra ad-
ditamẽtũ illud leuiathã occuparz:
venenũ ſcz ocupiſcẽtie et immodera-
te atq̃ mordiate illecebra wlupta
tis: vt generalis quedã abſciſio oĩ-
bo neceſſaria videret̃. Ceterũ q: ſin-
gulorz mẽbrorz abſciſionẽ humane
carnis fragilitas et infãtilis etatis
infirmitas nullaten⁹ ſuſtineret: pio
moderamie diſpoſitõ ſupna puidit
vt in ea potiſſimũ parte ocupiſcen
tia caſtigaret̃. in q̃ vehemẽtius eam
ſeuire oſtabat: et violẽtius maligna
ri. In oĩ ſiquidez otradicẽtiũ ſpũi
rebellione membrorz ſolũ illud vſq̃
ad deo otumax muemẽ: vt otra oĩez
voluntatis deliberatõnem ad inho-
neſtos et illicitos motus aſſurgat.
Nam q̃ hec circumciſio octaua die
fiebat ſpem commendabat regni
celeſtis: q̃ videlicet ad primũ refle-
xus diez circulus pferre quandaz
corone ſpeciem videret̃. Vnc eſt q̃
octaua potiſſimũ dies poſt ſolẽnita
tes pcipuas celebrat̃: et in ſermone
dñi pme beatitudini copulatur oc-
taua: vt celeſtis regni demũ itera
ta pmiſſio. euidenẽ nobis coronã fa
bricet. Merito ſane dũ circũciditur
puer q̃ natus eſt nobis ſaluatorwo
cat̃: q̃ videlicet ex hoc iã ceperit o-
perari ſalutẽ noſtrã: immaculatum
illũ p nobis ſanguinẽ fundens. Ne
q̃ enĩ iã q̃rere eſt xp̃ianis: cur volu
erit dñs xp̃s circũcidi. Propter hoc
ſiquidez circuciſus eſt pter q̃ na-
tus: pter q̃ paſſus. Nihil horum
pter ſe: ſed omnia pter electos.
Nec in peccato gemitus. nec a pec-
cato circũciſus: nec mortu⁹ eſt pro
peccato ſuo: magis aũt pẽ delicta
noſtra. Quod wcatũ eſt inquit ab

angelo: priuſq; mvltero oc̃iperet.
Vocatū plane nō impoſitū: nempe
hoc ei nomē eſt ab eterno. A natu-
ra ꝓpria hꝫvt ſit ſaluator: innatum
eſt ei nomē hꝫ: nō indituꝫ ab humana
vel angelica creatura. Sed quid
dicim⁹. q; egregius ille ꝓpheta hūc
ipſū puerū multis noibꝫ appellādū
fore p̄dicens hocvnū tacuiſſe videt̃:
qđ ſolū hoc p̄monuit angelus ⁊ te-
ſtat̃ euāgeliſta vocatuꝫ eſt nomen
eius: Exultauit yſaias vt videret diē
hunc: et vidit ⁊ gauiſus eſt. Denicq;
et loquebat̃ gratulabundus ⁊ lau-
dās deū. Puer natus eſt nobis. filius
datus eſt nobis: ⁊ factus eſt p̄n
cipatus eius ſup humerū eius: ⁊ vo
cabit̃ nomē eius āmirabilis: conſilia-
rius. de⁹ fortis pater futuri ſeculi:
princeps pacis. Magna quidē no
mina. Sed vbi eſt nomen qđ eſt ſup
oñe nomē: nomē ihesu in q̄ oñe ge
nu flectat̃? Forte ī hꝭs oñibꝫ vnū
illud inuenies: ſed exp̄ſſū qđāmodo
et effuſū. Nēpe ipſū eſt de q̄ ſponſa
in cāt̃ico amoris: oleū inquit effuſū
nomē tuū. Habes g̃vnū in hꝭs om
nibꝫ appellatōibꝫ ihesū: nec oñmo
aut vocari poſſet aut eſſe ſaluator: ſi
forte q̄ppiā hoc defuiſſet. Nunquid
nō vere āmirabilē eū finguli fumus
experti: in mutatōne vtiq; voluptatū
noſtrarū? Hoc nempe eſt ſaluatōis
noſtre principiuꝫ. cū incipimus re-
ſpuē qđ diligebam⁹: dolere vñ leta
bamur: amplecti qđ timebamus: ſe
qui qđ fugiebamus: optare qđ cō-
tinebamus. Ammirabilis plane: q̄
hec operat̃ mirabilia. Sꝫ nihilomi-
nus ⁊ conſiliariū ſeſe exhibeat neceſſe
eſt in electōe penitētie ⁊ vite ordīa-
tōe: ne forte fit nobis abſq; ſcientia
zel⁹: et voluptati bone prudentia de-
ſit. Sane opus eſt vt deū q̄ ꝓbemus
in remiſſione videlicꝫ prioꝝ delicto
rū: q̄a nec ſine hac ſalus nobis oſta
re p̄t: ⁊ nemo p̄t dimittē peccata ni
ſi ſolus deus. Verū ne id quidē ſuf-
ficit ad ſalutē: niſi forte q̄ꝫ expiam̄
in expugnādo impugnātes nos ne
ab eiſdē rurſū occupiſcētijs ſuperē:
et fiāt nouiſſima nr̄a peioꝝ prioribꝫ
Videt̃ ne iā aliq̄d deeſſe ſaluatori?
Plane deeſſet qđ maximū eſt: niſi ⁊
pater eſſet futuri ſeculi: vt p eū ſcꝫ
in immortalitatē refurgeremus: q̄
p p̄ſentis ſeculi patrē generam̄ ad
mortē. Neq; hoc ſatis. ſi non etiam
princeps pacis p̄ri nos recōciliaret
cui traditurus eſt regnū: ne forte ſi
cut filij p̄ditōis vtiq; non ſalutis re-
ſurrecturi videremur ad penā. Mul
tiplicabit̃ ſane eius imperiū. vt me
rito ſaluator dicat̃: etiā p multitu-
dine ſaluandoꝝ: ⁊ pacis non erit fi-
nis: vt verā noueris eſſe ſalutē. que
nō poſſit timere defectū.

Sermo terciusvñ ſupra.

In circumciſione dñi frēs habemus
qđ amemus ⁊ āmiremur: habemus
etiā qđ imitemur. Patet in ea ma-
gnū dignatōis beneficiū vñ grati-
as agamus: latet aliq̄d clauſuꝫ: qđ
in nobis implē debeam⁹. Venit nā
q; dñs ꝓpter nos nō ſolū redimēdos
ſanguinis effuſione: ſꝫ ⁊ docēdos ver
bis: ⁊ exēplis nihilominus inſtruē-
dos. Sic̄ enī penitus erat mutile viā
ſcire ſi detineremī in carcē: ita redi-
mi nō p̄deſſet: ſivie ignaros qui pri
mus inueniret. primus reduceret in
carcerē retrudendos. Itaq; in maio
re q̄dem etate patiētie ⁊ humilitatis
et ſuper oñia caritatis ceterarūq;
virtutum manifeſta dedit ſaluator
exēpla: in infātia vo figuris velata

In circumcisione dñi Sermo 3.

Sed anteq̃z ad ꝯ discutiẽda veniamus: delectat aliq̃d prius de tanta et tã manifesta dignatõe loq̃. Habent angeli glaz purãt pfectaz: ꝙ nec nos erimus sine gla. Videmus glam eius glam q̃si vnigeniti a patre: glaz miscordie taffectus vere paterni: glaz ꝓcedentis ex corde pris. et paterna plane viscera exhibẽtis Oñes enī peccauerunt ait apls. t egent gla dei. Et alio loco: mihi minquit absit gloriari: nisi in cruce dñi nostri ihu xpi. Quid enī nobis gloriosius: q̃z q tanti existimauit nos deus? Quevc maior illi gla. q̃z tanta dignatõ et tanta benignitas: eo vtiq̃z dulcissima q tã gratuita? Nã p impijs mortuꝰ est. Videtis quantũ fecit: et p q̃libꝫ. Pro q̃libꝫ vt non supbiamus: quãtũ: ne desperemus. Propterea vt memineritis non spũm hãre huius mũdi ꝙ spũm q̃ ex deo est et sciatis q̃ a deo data sũt vobis: nolite obsecro fieri sic̃ equus t mul?: ꝙ sic̃ piũ iumentũ qđ ait. Vt iumentũ factꝰ sũ apud te: et ego semper tecũ. Talia enī iumẽta cognoscunt possessorẽ suũ t pselepe dñi sui: in q̃ positũ est eis pñcipiũ fenũ: ipse qui panis est angelorꝫ. Ipe est enī panis viuus de q̃ viuẽ debuit homo: ꝙ q̃a homo iumẽtũ factus est t panis factus est fenũ: vt vel sic viuat de eo. Et huius q̃dem mutatõis sacramẽtũ die natiuitatis celebratũ est qñ verbũ caro factũ est: cũ sit oñis caro fenũ. Ipa q̃ die mirorat? est ab angelis t habitu muẽtus vt homo: hodie vero mirabili? aliquid audio Ipã miroratus est multo minus angelis: q̃ non solũ formã bois ꝙ formã hz peccatoris: et infigiẽ velut q̃ dã cauterio latronis. Quid est enī circũcisio: nisi supfluitatis t peccati indiciũ? In te dñe ihesu q̃uid est supfluũ qđ circũcidat? Nõne tu verꝰ deus es de deo patre: homo verus sine omni peccato de virgine matre? Quid facitis circũcidentes eũ? Putatis q̃a sup eũ possit cadere illa sẽtentia: masculus cuius ꝓpucij caro circũcisa nõ fuerit. peribit aia ipsius de ppło suo? Potest obliuiscꝰ pat filijvteri sui? Aut nõ ꝯgnoscere eũ: nisi signũ circũcisiõis haberꝫ? Imo vero si q̃ mõ posset nõ agnoscere filiuꝫ in q̃ ei bene placuit: ex ꝯ maxie signo poterat ignorare eũ. Inuenta in eo circũcisiõe: quã peccatoribꝫ ipse pepuiderat ob purgatõez vtiq̃z delictorꝫ. Sed q̃d mirũ si caput p mẽbris accepit curatõem: quã tñ in se ipso nõ habuit necessariã? Nõne et in mẽbris nostris sepe pvnius infirmitate alteri adhibẽ curatõ? Dolet caput et in brachio fit coctura: dolẽt renes t fit in tibia. Ita hodie p totius corporis putredine cauteriũ quoddã infixũ est in capite. Denicq̃ qđ mirũ. si p nobis dignatus ẽ circũcidi: p quibꝫ dignatus est mori? Totus siquidem mihi datus: et totꝰ in meos vsus expẽsus est. Ego enim audiẽs q̃a trãsit añ carcerẽ filius magni regis: cepi altius gemẽ et miserabilius exclamare dicẽs. Fili dei miserere mei. At ille sicut bene gnissimus: quis nã est inq̃t ille fletus t vlulatus quẽ audio? Et dicũt ei. Ipse est adã ꝓditor ille quẽ pat? vester trudi fecit in carcerẽ: donec cogitet quibꝫ illũ supplicꝫ faciat interire. Quid agẽt cuius natura bonitas: cui ꝓpriũ est misereri semp et parcẽ? Descẽdit in carcerẽ: ven.t vt educat vinctũ de domo carceris. Judeivo nõ immemores odij q̃ oderãt patrẽ: exercent illud in filium.

Vnde ipse ait: qui oderūt me et patrē meū. Quid g̃ fecerūt impij: quibꝰ grauis erat etiā adviděbūs? Die est inquiūt heres: venite occidamꝰ eū. Sic g̃ occiderūt agnū dei: in suā q̃dem pniciē: ꝙ in salutē nr̄am. Illi enim sanguinē agni fuderunt: nos accessimus et bibimus illū. Accepimus calicē salutaris: et calix mebrians q̃ p̃clarus est. Eccevñ grās agamus. Nam añ paucos dies celebrauimus aduentū eius in carcerē huius mūdi i dest diē natalis: hodie vero celebramus q̃ cathenas et vincula nostra fuscepit. Hodie enim q̃ peccatū nō fecit vt reos absolueret innoxias manꝰ. eoꝝ cathenis inseruit: hodie sub lege factus est: q̃ legē dedit. Sed dicendū est iam quid in hac circūcisione nobis spūaliter indicet agendū. Neq; eni sine causa in lege p̃ceptū: nec sine causa octauꝰ est in dño: vt octaua die fieret circūcisio. Sed q̃s ognouit sensū dñi mi: aut q̃s consiliarius eius fuit? Aſ sit nūc vestris desiderijs aduocatus spūs qui scrutat alta dei: et disserat vobis sacramentū istud octaue diei. Nō ignoramus iā oportere hoiez nasci denuo: nā p̃ter hoc secūdo natus est dei filius. In peccatis siquidem nascimur oēs: et necesse habemus renasci in grā. quā in baptismate quidē p̃cepimus: ꝙ heu totuz periit in seculari vita. Nunc primū miserāte deo virtus gratie in nob opat: vt in nouitate vite ambulemus. Ergo nascit homo q̃n sol iustitie ortus in aio. peccatoꝝ illuminat tenebras horrendūq; dei iudiciū interms obtutibꝰ offert: addens ad terrorisvinculū. brenē dierū numerū finē incertū. Hec plane vespera est ad quā demorabit flet⁹: et necesse est abdi matutini leticiam: vt auditā faciat nobis miseriaz suam Sic enim fit vespere et mane dies vnꝰ Est autez dies ista iusticie: reddens vnicuiq; qđ suū est: nobis miseriaz: miseriaz deo. In hac die puer nascit: qñ ex hijs que dixim⁹ ad amorem penitētie. et odiū peccati animꝰ excitat. Sed periculosū est si forte velit inter seculi turbas agere penitentiaz: vbi nimirū alij venenatis pſuasionibꝰ. alij vndiq; exēplis peiozibꝰ ad peccatū allicīat: alij adulatōnibꝰ inanā gl̃am: alij detractōibus in impatientiā animū eius deiciant. Procedat iam necesse est prudentie radius: ostēdat quātas et q̃z importunas p̃sertim in hac genera tōe nequā oportunitates et occasiones peccati offerat mundus et ingerat: q̃z debilis sit ad illas humanꝰ animus maxie qui in peccati cōsuetudie fit nutritꝰ. In hac g̃ die prudentie eligat de p̃senti seculo neq; fugē: dicēs cū ꝓpheta. Odiui ecclesiam malignantiū: et cū impijs nō sedebo. Sed nonduz sufficit hꝰ. Forte eni eligē vult solitudinē nō satis attendens ꝓpriā infirmitatē: et piculosam dyaboli luctā. Quid enim periculosius q̃z solū luctari cōtra antiq; hostis versutias. a quo videat: et quē videre nō possit? Itaq; iā hz ne cessariā fortitudis diē vt noverit custodiēdā ad dñm fortitudinez suā: et acīe multoꝝ pariter pugnantiū esse q̃rendā vbi tot sūt auxiliarij q̃t socij: et tales qui dicere possint cū apostolo. q̃a non ignoramus astutias inimici. Congregatō enim pro fortitudine sua. terribilis est: vt castroꝝ acies ordinata. Ve autē soli: quia si ceciderit non habet subleuātez. Nō si cuiq; ex antiquis patribꝰ

In circumcisione dñi / sermo 9.

gratiã hanc ocessaz audiuim⁹. non expedit temere se omittere huic pi culo. nec oportet tẽptare deũ: sicut et magíster nr̃ de anachoritis lo quẽs. qui nõ inquit uersiõis feruore nouicio: rceca. Itaq; in hac fortitudinis die ad iõ qõ iam ceperat idest odiui ecclesiã malignãtiũ: etiã addat qõ sequitr̃: lauabo inf innocẽtes manus meas. Verũ cũ eligít esse in congregatõe multoz. nunquid eliget esse magíster q̃ nondũ discípulus fuit: et docere qõ didicit nũq; ? Et quomõ aut in se aut in alijs motus irrationabiles poterít tẽperare? Nemo carnẽ suã odio habuit Nuõ ergo putatís si iam magíster suus fuerít iste: quin facile sibi aliquãdo eo amplius q̃ familiarius cõdescẽdat? Illucescat igitr̃ dies tẽperãtie. vt querat quõ tẽperari rc frenari possint incõtinẽtes motꝰ uoluptatís: bestiales motus curiositatis: ceruicosi motus elatõis sue. Eligat abiectus esse in domo dei sui et subiectus esse magístro sub q̃ frangat eius uoluntas: et obediẽtie freno cõcupiscentia reprimat: sitq; qõ ait ꝓpheta. imposuisti homines super capita nostra. Nec dedignandus seruo q̃ pcessit in dño: siquidem nõ est seruus maior dño suo. Ille enim cũ iam creuisset etate et sapiẽtia rgra apud deũ rc homines: cũ iam duodecim annoz esset rc remansisset in hierusalẽ muẽtus a beata virgine rc a ioseph cuius filius putabat in medio doctoz audiẽs illos rc interrogãs: tamẽ descẽdit cũ illis: rc erat subditus illis. Et tu g̃ subditus esto ꝓ illũ. Sed iam tibi in ipsa obedientie via aliq̃ fortassis dura rc aspera occurrere possunt. vt accipias inter dũ precepta nõnulla que licet salubria sint minus tamẽ suauia videantur: hec si molestẽ ceperís sustinere si diiudicare plãtum. si murmurare in corde etiã si exterius impleas qõ iubet: nõ hec est virtus patiẽtie sed uelamẽtũ malicie. Necesse est g̃ vt illucescat dies patiẽtie p quã omia dura rc aspera tacita ãplexaris oscientia: te magis diiudicans rc durius arguẽs. cui mirũ displicẽt q̃ ad salutẽ fũt: rc in cogitatõe tua semp portem magístri quoad potes aduersus temetipsũ iuuãs: teq; in omnibo accusare: ipsũ uero magis excusare laborans. Porro in hoc loco iã cauẽ dũ tibi arbitror a superbia. Magnuz est enim omnimo sic uincere semetipsũ Melior est ait salomõ patiens viro forti: rc qui dñatur animo suo expugnatore urbiũ. Considera denicq; q̃ manifeste ꝓpheta doceat necessariã esse humilitatẽ post patiẽtiã dicẽs Verũtamẽ deo subiecta esto anima mea: q̃niaz ab ipso patientia mea. Nõne videtur hic occasione patientie tẽptatõem sensisse superbie? Necesse est g̃ vt illuminet cor tuũ radius humilitatis: et declaret quid a te fit. qõd a deo vt non altũ sapias: q̃ mã deus superbis resistit. humilibo dat gratiã. Iã uero cũ in his diutius fueris exercitatus. rogo dari tibi deuotõis lumẽ: die seremissimaz et sabbatũ mẽtis in q̃ tanq̃z emeritꝰ miles in laboribo miuerís uiuas absq; labore: dilatato mirũ cor de currẽs uiã mandatoz dei: vt qõd prius cũ amaritudine rc coactõe tui spíritus faciebas: de cetero iã cũ sũma dulcedie pagas rc delectatõe. Hãc mi fallor petebat. q̃ ait. Remitte mi hic vt refrigerer. Ac si dicat. Nouslq; in labore et dolore isto crucior: et morte afficior tota die? Remitte

mihivt refrigĕr. Ac si dicat. Nuo-
usq; i labore ꝛ dolore isto crucior: et
mõte afficior tota dies. Remitte mi
hivt refrigerer. Verũ et ad hãc q̃
dem pfectõem pauci mi fallor pue-
mũt in hac vita. Neq; enĩ si q̃s ali-
qñ videĕ hanc hr̃e. ꝺtinuo credat si
di necesse est: maxie si nouicius est.
nec p p̃fatos ascẽdit gradus. Pius
enĩ dñs pusillos corde blãditijs tali
bo solet allicere: ꝯ nouerint q̃ hmõi
sunt gratiã hãc p̃stitã sibi esse non
datã: vt i die bonoꝝ memores sint
maloꝝ. ꝛ in die maloꝝ nõ immemo
res sint bonoꝝ. Longe aliter q̃ exer
citatos hñt sensus deuotõnis huius
felici fruunĕ iocunditate. Sz multi
to ta vita sua ad hoc tendũt ꝛ nũquã
ptendũt: quibꝫ tamẽ si pie ꝛ pseue-
rãt conati sunt statim vt de corpe
exeunt reddĭt qꝫ in hac vita dispẽ
satorie est negatum: illuc pducente
eos sola gratia q̃ prius tẽdebãt ipi
cũ grã. vt ꝺfumati in breui expleãt
tpa multa. Illis vero q̃ ad hanc de
uotõis gratiã puemũt vnũ videĕ re
stare piculi: ꝛ omnino timendũ eis a
demonio meridiano. Ipe enĩ satha
nas trãsfigurat se in angelũ lucis
Hoc g̃ timendũ ei qui tãta delecta
tõe omnia facit: ne dũ sequĭt affectõ
nẽ. corpus destruat p immoderataz
exercitatõem: ac dem de necesse ha-
beat nõ sine magno spũalis exerci-
tij detrimẽto circa debilitati curam
corporis occupari. Ergo ne mcur
rat qui currit illumĩari necesse est
lumine discretõis: que mater virtu-
tũ est: ꝛ ꝺfumatõ pfectõnis. Nec mi
mirũ doceat ne quid nimis: atq; hec
est octaua dies. in q̃ circũcidĭt pue
r: q; discretio vere circũcidit. vt nõ
plus nec minus fiat. Mã ꝛ qui minus
est fructũ bom operis abscidit non
circũcidit: sicut qui tepidus est ꝛ mi
nus facit. In hac g̃ die nomẽ impo
nĭt ꝛ nomẽ salutis: nec de eo q̃ sic vs
sat̃ dubitẽ dicere: g̃ suã ipsi9 salutẽ
operet. Vsq; ad hũc enĩ diẽ dicere
possint angeli qui norũt secreta ce-
lestia: ꝯ ego nũc primũ ei fiducialit
nomẽ salutis impono. At vero quia
omnino rara ista auis est in terris:
huius discretõnis locũ in vobis fra
tres suppleat virtus obedientie: vt
nihil plus. nihil minus. nihil aliter
q̃z impatũ sit faciatis.

In epiphania dñi ꝓmo prim9.

Adtitum ꝑparuit benignitas ꝛ hũa-
2.3. nitas saluatoris nostri dei.
Gratias deo p quẽ sic abundat cõ
solatõ nostra in hac pegrinatõne:
in hoc exilio: in hac miseria. Super
hijs nãq; sepius vos ãmonere cura
mus: vt nunq̃z mente excidat pe-
grinos vos esse lõge factos a pria:
pulsos hereditate. Nuisquis enĩ de-
solatõem non nouit: nec osolatõem
agnoscẽ pt. Nuisquis osolatõem i-
gnorat esse necessariã: superest vt nõ
habeat dei gratiã. In de ẽ g̃ hoies
seculi negotijs ꝛ flagitijs implicati:
dũ miseriaz nõ sentiũt: nõ attẽdũt
miscdiam. Vos quibꝫ nõ frustra di
ũ est vacate ꝛ videte q̃m suauis ẽ
dñs. et de quibꝫ idẽ ꝓphetavirtutez
mqt operũ suoꝝ annũciabit populo
suo: vos mq̃z q̃s nõ detinet occupa
tio secularis: attendite que nam sit
osolatõ spũalis. Vos q̃ non ignora
tis exiliũ: audite q; de celo venit au
xiliũ. Apparuit enĩ benignitas ꝛ hu
manitas saluatoris nostri dei. Priuſ
q̃z enĩ apparẽt humanitas: latebat
benignitas. Si quidem ꝛ prius erat:

Epiphania dñi Sermo jx

nā ⁊ miscōdia dñi ab eterno est. Sed vnde tāta agnoscī poterat? Promittebaē ꝙ nō sentiebaē: vndeꝛ a multis nō credebaē. Multipharie q̄ppe multisq̄ modis loquebaē dñs in pphetis: ego inquiēs cogito cogitatōes pacis ⁊ nō afflictōis. Sed quid respōdebat homo: afflictōem sentiens. pacem nesciēs? Nouisq̄ dicitis pax pax ⁊ nō est pax? Propter hoc angeli pacis amare flebant dicentes. Dñe: quis credidit auditui nr̄o: Sed nūc credāt hoies vel visui suo: q̄a testimonia dei credibilia facta sunt inmis. Vt enī nec turbatū quidem oculū lateat: in sole posuit tabernaculū suū. Ecce pax nō ꝓmissa sed missa non dilata ꝙ data: nō ꝓphēta ta ꝙ p̄sentata. Ecce q̄si saccū plenū miscōdia sua deus pater misit in terraz: saccū inq̄ in passiōe ocidendū: vt effundaē qđ in eo latet preciuz nostrū. Saccū vticq̄: ⁊ si puū: sed plenū. Paruulus siquidem dat⁹ est nobis: ꝙ in q̄ habitat oīs plenitudo diuinitatis. Postq̄z enī venit plenitudo temporis. venit et plenitudo diuinitatis. Venit in carne vt vel sic carnalibo exhibereē: ⁊ apparēte hūanitate: benignitas agnoscereē. Vbi enī dei inotescit hūanitas iam benignitas latere non potest. In q̄ enim magis emendare poterat benignitatē suā: q̄z suscipiēdo carnez meā? Meā inq̄z. nō carnē adā: idem non qualē ille habuit ante culpam. Quid tātope declaret eius miscōdiā: q̄ inq̄ ipsam suscepit miseriaz? Quid ita pietate plenū: q̄ inq̄ dei verbū ꝓpter nos factū est fenū? Domine q̄d est homo q̄a reputas eū: aut quid apponis erga eū coꝛ tuū? Vic attendat hō q̄nta sit cura eius de eo: hic sciat quid de eo cogitet aut q̄d sentiat. Nō interroges o homo ea que pateris: ꝙ que passus est ille. Nuāti te fecit ex hīs que pro te factus est agnosce: vt appareat tibi benignitas eius ex humanitate. Nuanto enim minoꝛem se fecit in humanitate: tanto maioꝛē exhibuit in bonitate: et quāto pro me vilioꝛ: tanto mihi carioꝛ est. Apparuit inquit apostol⁹ benignitas ⁊ humanitas saluatoꝛis nostri dei. Magna plane et manifesta benignitas. dei hūanitas: et magnum benignitatis indiciuz declarauit: qui humanitati adhere nomen dei curauit. Et quidem ad mariā missus gabriel angel⁹ filium dei loquitur: sed non nominat deum. Benedictus deus qui talē nobis de nobis ipsis angelum dedit: vt noster ipse suppleret: quod ille non dixit. Nam ⁊ ipse spiritum dei habuit: et eius spiritu locutus est: qđ nobis valde necessariū fuit. Nuid enim sic instruit fidem. spem roboꝛat. caritatē accendit: q̄ humanitas dei? Sz angelo nostro id reseruatū est. qđ alij tacuerūt. Neq̄z enim omnes omnia dicere congruum erat: vt a diuersis diuersa colligere gratulemī: et debitas singulis gratias referamus. Attamen vnum est in quo cōueniunt apostolus et angeli q̄ de christi natiuitate loquunt: id ē in nomine saluatoꝛis. Ad mariam quidem tanq̄z plenius edoctam per spiritū gabriel loquens indicat nomen solū: et vocabis inquit nomen ei⁹ ihesum. Ad ioseph venit angelus non solum protulit: sed et causam eius interpretatus edocuit dicens. Et vocabis nomen eius ihesum: ipse enim saluum faciet ꝓpm suū a pcīs eoꝝ. Sz ⁊ pastoꝛibo q̄z ānūciaē gaudium magnū: natū il̄ saluatoꝛē xp̄m dñz

Simile aliquid paulus loquit. Ap-
paruit benignitas ⁊ hūanitas sal-
uatoris nostri dei. Bene dulce nomē
nullus ex ipsis tacuit: qa hoc mihi
maxie necessariū fuit. Alio quin qd
agerē. audiēs dñm venientē? Nun-
quid non fugerē sicut adā. qui a fa
cie eius fugit: sed nō effugit? Nō-
ne desperarē audiēs qa venit ille cu
ius legē sic ꝓuaricatus sū. cuius pa
cientia sic abusus sū. cuius beneficō
tā ingratus inuētus sū? Nue maior
vero ꝙsolatō poterat esse: qz in bul-
ci vocabulo: in nomine ꝙsolatoris?
Propterea ⁊ ipse dicit: qa nō venit
vt iudicet mundū: ꝫ vt saluet mun-
dꝰ per ipsū. Jam confidenter accedo:
iam supplico fiducialiter. Quid enī
timeā: quādo saluator venit in domū
meā? Ei soli peccaui: donatū erit qc
qd indulserit ille. Vtiqz eni licet ei
qđ vult facere. Deus est qui iustifi
cat: qs est q̄ ꝺdemnet? Aut qs accu
sabit aduersus electos dei? Propte
rea gaudere nos oportz qꝺ in nra ve
nerit: nunc enī facilis ad indulgen
tiam erit. Demiqz puulꝰ est: leuiter
placari pt. Quis eni nesciat. qa pu
er facile donat? Ecce si non fuerit
nobis ꝑ minimo: possumꝰ recōcilia-
re ꝑ minimo. Pro minimo inqz: nō
tamē sine penitentia: ꝫ qz minimum
qđdā fit nostra ipsa penitētia. Pau
peres sumus: parū dare possumus:
attamē recōciliare possumus ꝑ pau-
uo illo si volumus. Totū quod da-
re possuz miserum corpus istud est:
illud si dedero satis ē. Si quo minꝰ:
addo ⁊ corpus ipsius. Nam illud de
meo est: et meū est. Paruulus enim
natus est nobis: et filius datus ē no
bis. De te dñe suppleo: qđ minꝰ ha
beo in me. O dulcissima recōciliatō:
O satisfactio suauissima. O vere re-
cōciliatō facilis ꝫ putilis satisfactio
parua: ꝫ non paruipendenda. Et e-
nim qz facilis mō tam difficilis erit
postea: et sic modo nemo est qui re-
cōciliari nō possit: ita post paululū
nemo q̄ possit: qniaz sic benignitas
apparuit vltra omnē spē. vltra oēm
estimatōez: similez exspectare possu-
mus: iudicij districtōez. Noli g̃ otā-
nere dei misericordiaz. si nō sentire vis iu
sticiā: ꝫ iram. sed indignatōez. ꝫ e-
mulatōem: ꝫ furorem. Dñe ne in fu
rore tuo arguas me: neqz in ira tua
corripias me. Vt enim scires quā-
ta districtio succedit: tanta illa mā
suetudo ꝓuenit. Ex magnitudine in
dulgentie magnitudinē vltōis attē
de. Immēsus est eni deus ⁊ infinitꝰ
in iusticia: sic ⁊ in misericordia. Multꝰ ad
ignoscendū. multus advlciscendū.
Sed misericordia qđez priora sibi vendi-
cat: vt si voluerimus: districtō mue
mire nō possit in quē seuiat. Propt
hoc eni benignitatē ꝓgauit: vt p
eā recōciliati seueritatē videamꝰ se-
curi. Propterea voluit non solū ad
terras descendere ꝫ etiā innotescē:
nō solū nasci: ꝫ ⁊ agnosci. Demiqz ꝑ Appareit
pter hanc agnitōem dies ista cele-
bris habet ⁊ insignis: dies appari-
tōis. Hodie enim magi ab oriente
venerūt ortū solē iusticie requiren-
tes: eū de q̄ legiē. eccevir. oriēs no-
men illi. Hodie adorauerūt nouum
vgnis partū: sequētes noui fideris
ductū. Nonne hic nob est magna
ꝙsolatō: sic in illo de q̄ locuti sumus
apli? vbo? Ille dixit deū: isti nō voce
ꝫ ope dicunt. Quid facitis o magi:
qđ facitis? Lactentē puerū adora-
tis in tugurio vili in vilib pānis? Er
gone deꝰ ē iste? Deꝰ certe in tēplo
scto suo. deꝰ i celo sedes eiꝰ: ⁊ vos eū
q̄ritis in vili stabulo. in mīs gremio.

Epiphania dñi Sermo j.

Quid facitis & thesaurū offertis? Ergo rex est ipse? Et vbi aula regia? vbi thronus: vbi curie regalis frequētia? Nunquid aula est stabulum? thronus plepiū: curie frequētia ioseph & maria? Nuō ita insipiētes facti sūt viri sapiētes: vt adorēt puerū despicabilē tā sua etate & paupertate filiū? Insipiētes facti sunt vt fierēt sapiētes: et predocuit eos spūs qō postea pdicauit apūs: qui vult sapiēs esse stultus fiat vt sit sapiens Quia enī p sapientiā mundus in sapiētia sua deū cognoscere nō poterat: placuit deo p stulticiā pdicatōnis saluos fieri credentes. Nonne timendū erat frēs ne scandalisarenē viri isti: & illusos se crederēt cū tanta indignaviderēt? A regia ciuitate vbi regē querendū dirigebantē. ad bethlehemvillā puerā dirigūē. Ingrediunē stabulū: inueniūt puerū cū matre eius: & procidentes adorauerūt eū. Et reclusis thesauris suis obtulerūt ei munera: aurū thus & myrrham. Et responso accepto in somnis ne redirent ad herodem per aliam viam reuersi sunt in regionem suam. Quo audito herodes turbatus est & omnis hierusalem cum illo. Et congregans omnes principes sacerdotum & scribas populi sciscitabatur ab eis vbi christus nasceretur. At illi dixerunt ei in bethlehem iudee. Sic enim scriptum est per prophetam. Et tu bethlehem terra iuda nequaquam minima es in principibus iuda. Ex te enim exiet dux qui regat populum meum israel. Tunc herodes clam vocatis magis diligenter didicit ab eis tempus stelle que apparuit eis. Et mittens illos in bethlehem dixit. Ite & interrogate diligenter de puero: cum autem inueneritis renunciate mihi: ut et ego veniens adorem eum. Quibus auditis profecti sunt. Et ecce stella quam viderant in oriente antecedebat eos: usque dum veniens staret desuper ubi erat puer. Videntes autem stellam gauisi sunt gaudio magno valde. Et intrantes domum inuenerunt puerum cum maria matre eius: et procidentes adorauerunt eum. Et apertis thesauris suis obtulerunt ei munera: aurum

Acquieuit iohānes⁊ obediuit:baptiſauit agnū dei:et aq̄s lauit·Nos abluti ſumus nō ille:quia nobis lauādis aque cognoſcunt ablute·Sz fortaſſis mimus credis iohānis teſtimonio: q̄a et ipſe homo eſt⁊ potes habē ſuſpectū: ognatus eius ē cui teſtimoniū phibet·Ecce teſtimoniū maius iohāne:teſtimoniū adue mētis colūbe·Nec incōgrue ad indicandū agnū dei venit colūba:q̄a nihil melius agno cnouenit q̄ colūba·Nā agnus in aīalib⁹:hoc columba in auib⁹ eſt·Sūma vtriuſq; innocentia:ſūma manſuetudo:ſumma ſimplicitas·Nuid enī ſic alienuz ab omni malicia:ſicut agnus⁊ columba?Nocere cuiq̄z neſciūt:ledere nō nouerūt·Sed ne fortuito caſu id euenſſe cauſeris: ecce teſtimoniū dei patris·Ecce deus maieſtatis intonuit:dñs ſup aquas multas:et vox patris audita eſt·Hic eſt filius meus dilectus:in quo mihi bene oplacui·Vere enim hic eſt in quo nō eſt q̄d p̄ri diſpliceat:q̄d oculos maieſtatis offēdat·Vñ⁊ ipſe ait·Nuia que placita ſūt ei facio ſemp·Ipſuz inquit audite·Ecce dñe ihēſu:vel iā nunc loquere·Nuouſq; ſiles:quouſq; diſſimulas?Diu tacuiſti et valde diu:vel iam nunc loquēdi licentiaz habes a patre·Nuā diu dei virtus et dei ſapiētia·quaſi infirmus aliq̄s et inſipiēs lates in populo?Nuamdiu nobilis rex⁊ rex celi:fabri filiū te pateris appellari parit⁊putaris? Eteni lucas euāgeliſta teſtat:q̄mā adhuc filius ioſeph⁹ putabatur·O humilitas virtus x̄pi:quantū confundis ſuphiā nr̄evanitatis·Parū aliq̄d ſcio vel magis ſcire mihi videor·⁊iā filē nō poſſū:ipudēt me⁊ impudent ingerēs⁊oſtētās·pmptuſ ſus ad loquendū:veloz ad tacēdū: tardus ad audiendū·Et x̄pus cum tanto tempore filebat·cum ſeip̄ſuz abſcondebat:nunquid manē g̃ſam metuebat?Nuid timeret ab mani g̃ſa:qui eſt vera gloria patris?Vti q̄ timebat:ſz non ſibi·Nobis timebat ab illa quib⁹ nouerat·eſſe timēduz:nobis cauebat:nos inſtruebat Tacebat ore ſz inſtruebat opere:et quod poſtea docuit verbo iā clamauit exēplo:diſcite a me q̄a mitis ſū et humilis corde·Nam de infantia dñi paruz aliquid audio:ex tunc iā vſq; ad hunc triceſimum annum nihil inuenio·Nunc vero iam latē nō poteſt:qui tā manifeſte demōſtratur a patre·Nam in prima q̄q; apparitōne cum matre virgine voluit apparere:quod verecundia quedaz 3
in virginitate ſignaretur·Tercia q̄q; apparitio eius in euangelio inuenitur:et hec nihilominus hodie celebratur·Inuitatus enim ad nuptias dominus vino deficiente cōpaſſus eorum verecundie:aquam mutauit in vinum·Hoc etiam ſicut ait euangeliſta:ſignorum eius fuit initium·Itaq; in prima apparitōe homo verus innotuit:vbi inter vbera matris infans apparuit·In ſeda vero·verum eſſe dei filium patris indicat teſtimonium·In tercia vero verus eſſe deus demonſtratur:ad cuius imperiuz natura mutatur·Tot teſtimoniis hodie cōfirmatur fides noſtra:tot indiciis roboratur ſpes noſtra:tot incētiuis inflāmatur caritas noſtra·

Sermo ſecūdus vnde ſupra

Epiphanie dñi Sermo 2.

Res appitões dñi legim⁹: vna q̃dem die: ꝫ nõ vno tẽpore facta. Et q̃dez mirabilis scẽa: mirabilis tercia: ꝫ prima apparitio mirabilius ãmirãda. Mirabilis aq̃rũ mutatio: mirabilis iohannis ⁊ colũbe pariẽ ⁊ paterne vocis attestatõ: ꝫ illud mirabile magis ꝙ agnitus est a magis. ℳã ꝙ deũ agnoscãt mdicat adoratõ: mdicat thuris oblatio. ℳec soluz deum sed ⁊ regẽ agnoscunt: qđ designaẽ in auro. Et in hjs nõ latet eos magnũ pietatis sacramentũ: vñ ⁊ mirra mdicãt morituꝝ. Adorãt magi: et offerunt munera adhuc fugenti matris vbera. Sed vbi est o magi: vbi est purpura regis huius? ℳũquid viles pãni isti quib⁹ est muolutus? Si rex est. dyadema eius vbi ẽ? Sed vos eũ vere videtis in dyademate q̃ coronauit eũ mater sua: in facco mortalitatis de q̃ refurgens ait: q̃a dcidisti saccũ meũ. ⁊ circũdedisti me leticia. Egredimmi filie syon: et videte regẽ salomonẽ in dyademate. q̃ coronauit eũ mater sua ⁊ cetꝰ Egredimini virtutes angelice: mcole ciuitatis supne. Ecce rex vester: ꝫ in corona nr̃a: in dyademate quo coronauit eũ mat̃ sua. Sed hjs delicijs vsq̃ mõ caruistis: hãc hactenꝰ dulcedinem nõ gustastis. Habetis sublimitatẽ eius: ꝫ humilitatez eius nõ vidistis. Egredimi igiẽ ⁊ videte regẽ salomonẽ in dyademate q̃ coronauit eum mater sua. Verũtamẽ nõ est opus illis nr̃a exhortatõe: q̃mã ipsi fuit q̃ deiderãt in illũ pspicẽ ℳllis enim q̃nto sublimitas notior: tãto hũilitas pcliosior ⁊ amabilior est. Vñ licet nobis maior fit causa letície. nobis enim natꝰ est ⁊ nobis datꝰ: tñ ipsi nos puenũt: ipsi nos exhortantẽ. Probat hꝫ angelus q̃ gaudiũ magnũ euangelisat pastoribꝰ: et q̃ cũ eo facta est multitudo celestis exercitus. Vobis ꝙ dicimus filie syõ aie seculares. debiles. delicate: filie nõ filij. in q̃bꝰ mihil ẽ fortitudinis mihil ẽ virilꝫ animi. Egredimi filie syõ Egredimi de sensu carnis ad intellectũ mentis: de fuitute carnaꝫ ocupiscẽtie: ad libtatẽ spũaꝫ intelligẽtie. Egredimi de trauãa ⁊ de cogitatõe vãa ⁊ de homo pris vestri: et videte regẽ salomonẽ: alioq̃n nõ erit tutũ vob⁹ videre eũ ecclesiasten. ℳdẽ enim qui salomõ id est pacificus in exilio est. ecclesiastes id ẽ otõnator erit in iudicõ: idida. id ẽ dilectus dñi in regno. ℳn exilio mãsuetꝰ ⁊ amabilis: in iudicio iustus ⁊ terribilis: in regno gloriosus ⁊ mirabilis. Egredimmi igiẽ: ⁊ videte regẽ salomonez: nam vbiq̃ rex est. Licet enim regnuz eius non sit de hꝫ mũdo: tamẽ rex est etiã in hꝫ mũdo. ℳnterrogatus siquidem ꝙ rex es tu: ego inq̃t in hꝫ natus sũ: et in hꝫ veni in mundũ. Dic ꝙ rector est mox: in iudicio discretor meritor: in regno distributor pmior. Egredimi pmde filie syon: et videte regẽ salomonez in dyademate q̃ coronauit eũ mr̃ sua: in corona paupertatis: in corona miserie. Siq̃dez coronatus est et a nouerca sua corona spmea corona miserie: coronandꝰ a familia sua corona iusticie: q̃ndo exibunt angeli et tollent de regno eius omnia scandala: quãdo veniet ad iudiciuz cum seniorib⁹ populi sui: cũ pugnabit pro eo orbis terre aduersus insensatos. Coronat eum et pater corona glorie sicut psalmus ait: gloria ⁊ honore coronasti eum. Videte eum filie syon. in dyademate q̃ coronauit eũ mr̃ sua.

Suscipite coronā puuli ꝓpter vos re
gis vestri: ⁊ vane cū magis humili
tatē eius adorate: quoꝝ fidei deuo-
tio vobis hodie ꝓponit in exemplo.
Cui enī oparabimus: et cui similes
estimabimus viros istos? Si latro-
nis fidem. si cēturionis confessionē cō-
fidero in eo supexcellere videnē isti.
ꝙ iā tunc miracula multa fecerat.
iam tūc a multis p̄dicatus fuerat:
a multis adoratus. Attamē cōsidere
mus quid et illi dixerint. Clama-
bat latro de cruce: domine memēto
mei dū veneris in regnū tuū. Ergo
ne p suppliciū ille vadit in regnuz?
Quis indicauit tibi qm̄ optebat pa
ti xp̄m: et sic intrare in gl̄am suaz?
Tu q̄z centurio vnde eū nosti? Vi-
dens ꝙ sic clamās exspirasset: vere
inquit hic homo filius dei erat. Mi-
ra res: ⁊ omni āmiratōe digna. Pro
pterea rogo vos intuemini et vide-
te ꝙ occulta sit fides: ꝙ limceos o-
culos habeat diligentius considera-
te. Cognoscit dei filiū lactentē: co-
gnoscit morientē. Siquidez latro in
patibulo: magi in stabulo cognos
cūt. Ille clauis infixū: isti pānis in-
uolutū. Cēturio verovitā agnouit
in morte. Isti deivirtutem in teneri
coporis infirmitate. ille fūmū spūm
in exspiratōe: isti deiverbū in infan
tia cognouere. Siquidez quicq̄d illi
sermonib⁹ isti muneribꝰ ostitenē. La
tro regē: cēturio dei filiū simul ⁊ ho
minē p̄nunciat. Et hec tria ipa ma
gox munera indicāt: nisi ꝙ thure
nō tā filiū monstrauere ꝙ deū. Ob-
secramus ergo carissimi p̄sit vobis
tanta caritas quā vobis deus maie
statis exhibuit: tanta humilitas quā
suscepit: tanta benignitas q̄ vobis
per xp̄i humilitatē apparuit. Aga
mus gratias redemptori ⁊ mediato
ri nostro ꝙ quē nobis innotuit tam
bona erga nos volūtas dei patris.
Siquidez talez iā nouimus eius ani-
mū: vt nō immerito dicam⁹: sic cur
rimus nō quasi in incertum. Profe-
cto enī tale est erga nos cor dei pa
tris: quale nobis expressit. q̄ de eius
corde processit.

Sermo tercius vnde supra

Ecessariū nobis videt̄ frēs:
iuxta ceterarū solēnitatum
consuetudinē etiā solēnitatis hodier-
ne vobis exponere ratōez. Interdū
enim cōtravicia loquimur: et gen⁹
illud sermonis putile: sed diebꝰ ce-
teris videt̄ oportunius ouenire. Fe-
stiuis autē ⁊ maxime in p̄cipuis solē
nitatibꝰ magis circa ea que solēnita-
tis sunt immorandū videt̄: vt pa-
riter et erudiat̄ animus ⁊ excitetur
affectus. Quō enī celebrabitis qđ
nescitis: aut quō scietis nisi annun-
cie⁊ vobis? Propterea nō fit moles-
tū his q̄ fūt in lege periti: si paruz
doctis morē gerimus vt exigit ratō
caritatis. Credo enī ne ipsos quidē
suis epulis esse fraudātos: si minus
eruditis tang̃ ꝑplaris turbis grossi
ores prius apposuerint cibos. Ita
vero apponēt: si fraterne caritatis
intuitu placuerint eis q̄ necessaria
fūt nō satis intelligētibꝰ: ⁊ si fortas
se sibi minus necessaria videanē. Sic
aūt fragmēta postmodum recolli-
gēt sibimpsis: si diligentius recogi-
tātes subtiliora queq̄ tang̃ mūda
a ialia rumimauerint: q̄ parū intelli
gibiles aios p̄ subtilitate effugerit
Solēnitas igit̄ hodierne diei ab ap
paritōne nomen accepit. Epipha-
nia quidem apparitio est. Hodie er-
go apparitō dn̄i celebrat̄: nō tantū
vna ꝛ trina fit̄ a p̄ribꝰ nr̄is accepi⁹.

Epiphania dñi Sermo 3.

Hodie enim paulus rex nr̄ paucis a natiuitate die transactis stella declarāte p̄mitijs gentiū apparuit. Hodie q̄z cū iā trigita ferme in di spēsatōe carnis egisset annos. qui se cūdū diuinitatē idemipse est. et ani mi eius nō deficiūt: inter populares turbas abscōditus ad iordanē bap tisandus aduenit: ꝫ testimonio dei patris innotuit. Hodie mihilominꝰ cū discipulis suis vocatus ad nupti as. deficiente vino figno admirabi li sue potentie aq̄s in vinū mutauit. Sed delectat eā q̄ in infantia salua toris facta est apponere et diligēti⁹ inuerí: qm̄ et dulcissima est: et spe cialius hodie nosciē celebrari. Hodie ꝫ sicut audiuimus in euāgelica le ctōe magi ihierosolimā venerunt ab oriente. Merito sane ab oriēte ve nerunt. qui solis iusticie nouū nobis or tū annūciant: qui letis rumoribꝫ to tū mundū illuminat. ſſi q̄ infelix iudea qa lucē oderat ad fulgorē no ue claritatis obtenebrat: et caligā tes oculi eius chorruscāte radio solis eterni multo magis excecanē. Ve nientes ꝫ ab oriēte magi. quid dixe rint audiam⁹. Vbi est qui nat⁹ est rex iudeorꝫ? ſſua certa fides: et ni hil penit⁹ hesitās. ſſō querūt vtrū natus sit: ꝫ fiducialiē loquunē: et in terrogant sine dubitatōe: vbi sit q̄ natus est rex iudeorꝫ. Porro audi to noie regis. rex herodes succesſo rē suspicatus expauit. ſſec miruꝫ si turbat herodes: ꝫ q̄ ihierusalē ciui tas dei q̄ visio pacis est cum herode turbat. quis nō mireē? Videte frēs quātū noceat iniqua potestas: quō caput impiū subiectos q̄z sue for mat impietati. Misera plane ciui tas in q̄ regnat herodes: qm̄ hero diane sine dubio particeps erit ma licie: et ab noue salutis ortū herodia na mouebit turbatōe. Cōfido ego in dominо. qm̄ inter nos minime re gnabit: etiā si adesse otingat: qđ et ipsum deus auertat. ſſā herodiana malicia et babilonica crudelitas est. nascentē velle extinguere religio nem: et allidere paulos israhelis. Si quid enī ad salutē ptinēs. si quid re ligionis orie: quicunq̄ resistit. qui cūq̄ repugnat. plane cū egiptijs paruulos israhelitici germinis ne care conat: imo cū herode nascen tem psequit saluatorē. Sed iā inchoatā psequam hystoriā. Credo si q̄s oscius est huiꝰ rei studiosius sibi ca uebit de cetero: et herodianū exec bitur animū: ne simile exitū sortiat. Ergo querētibꝫ magis regē iudeo rū: et sciscitāte a scribis herode dñi ce natiuitatis locū: illi iuxta pphetā nomē ciuitatis edicūt. Cūq̄ recessis sent magi et reliq̄ssent iudeos: ecce stella quā viderāt in oriente ante cedebat eos. Vnde manifeste dat in telligi: quoniā humanum flagitā tes consilium. diuinum amisere du catum: et conuersos ad terrenū do cumentum. signum celeste deseruit. Vnde et relicto herode: otinuo ga uisi sūt gaudio magno valde. Stel la enī antecedebat eos: vsq̄ dū veni ens staret vbi puer erat. Et intran tes domum inuenerunt puerum cū maria matre eius: et procidentes a dorauerunt eum. Vnde nobis hoc o aliegene? ſſneq̄ enim tantam in uenimus fidem in israhel. Sic vos nō offēdit vilis habitatio stabuli: non paupes cune presepij? ſſnō vos pau peris matris presentia: non lacten tis infantia scandalisat? Demiq̄ ap tis thesauris suis ait euāgelista ob tulerūt ei munera. aurū th⁹ et mirrā

Si solū obtulissent aurū: videri fortasse poterāt pauptati matris voluisse consulere: vt haberet nimirū vñ paruulū posset filiū educare. Nunc aūt offerētes pariter aurū thus & mirrā: sine dubio spūalis oblatōis genus insinuant. Aurū eni inter diuitias seculi videt excellere: qđ per eius gratiā oīes nos deuote obtulimus saluatori: cū p eius nomine ex integro dereliquim⁹ substātiā hui⁹ mūdi. Jā vere necesse est vt qui pfecte terrena otēpsimus: flagrāti desiderio celestia req̄ramus. Sic enim offerimus & thuris odoramentuz: q̄ nimirū vt in apocalipsi beati iohannis legis significant orōes sanctorū. Vndet & pphēta in psalmo: dirigat mā̄t oratō mea. sicut incensuz in conspectu tuo. Sic et in alio loco legis: q̄a oratō iusti celos penetrat Oratio inq̄z: non cuiuslibet ꝙ iusti. Nam q̄ auertit aurez suā ne audiat legem: oratō eius erit execrabilis. Porro si iustus esse volueris & nō aūtere aurē tuā a mādatis dñi ne aūtat & ipse suā a p̄cibz tuis: necesse ē vt non solū pñs seculū cōtēnas: ꝙ et ipsam carnē castiges & subicias seruituti. Nā qui dixit mi quis abrenūciauerit oīnibz q̄ possidet non potest meus esse discipulus. et alibi si vis esse pfectus vade vende oīa q̄ possides et da pauperibz & veni seq̄re me: idemipse in alio loco ait. Qui vult venire post me abneget semet ipsū: et tollat crucē suam & sequat̄ me. Quod exponēs apostolus. quicunq̄ inquit fūt xp̄i: carnē suā crucifixerūt cū viciis & concupiscētijs. Duas igit̄ alas habeat oō nra: cōtēptū mundi & afflictōem carnis: nec dubiuz quin celos penetret: et dirigat̄ sicut incēsū in ospectu dei. Erit enim gratū sacrificiū et acceptabile oblatō nostra: in q̄ cum auro et thure fuerit etiaz & mirra: que licet amara sit tñ putilis est: et cōseruat corpus qđ mortuū est ꝓpter peccatū. ne defluens in vicium putrefiat. Hec breuiter ꝓ imitanda magoz oblatōe sint dicta. Ceterū q̄m ap paritōem hāc esse diximus: quid in ea appareat dignū est vt queram⁹ Vtiq̄ ꝙm verba apostoli apparuit benignitas & humanitas saluatoris nri dei. Ecce eni in euāgelica lectōne audiuimus: qm̄ intrātes domum magi iuenert puerū cū maria mre eius. In infantili corpore qđ virgineo mater fouebat in gremio: q̄d nisi veritas suscepte carnis apparuit? Quid in eo ꝓ cū matre paruul⁹ inuenīt: nisi verus homo & verus hominis filius declarat̄? Jā vo vtm scda apparitōe vide: si nō manifeste veri⁹ paterne testimonio dei fili⁹ approbat̄. Celi nāq̄ aperti sūt super euz: et descēdit spūs sanctus corpali specie sicut colūba in illū: et vox patris audita est. hic est filius meus dilectus. in q̄ mihi bene oplacui. Satis equidez manifestū est ex hoc ipsō satis euidens & indubitabile: q̄m dei filiū necesse est deū esse: nā & filios hominū hoies. et ipsoz q̄z aialiū fetus ex eodē cū eis genere esse nemo qui dubitet. Verūtamē vt nullus sacrilego errori remaneat locus: qui in pruma apparitōe verus homo & filius hominis est declaratus: & in scda verus mihi lominus dei filius: in tercia iam ver⁹ de⁹ & auctor nature ꝓbat̄: ad cuius nutū natura mutat̄. Nos ergo dilectissimi. xp̄m ihesū diligam⁹ vt verū hoiem & fratrez nostrū: honorem⁹ vt dei filiū: adorem⁹ vt deū. Secure credam⁹ in eū. secure

Epiphania Dñi Sermo 4.

credamus ei nosipsos fres mei: cui nec potestas deest saluādi nos. cum verus deus ⁊ dei filius: nec bona voluntas cū sit tāq; vnus ex nobis verus homo ⁊ hois filius. Quomō nāq; nob erit mexorabilis: ppē qs fact⁹ ē filis nob passibilis? Jā si desideratis sup hijs apparitōnib⁹ aliquid ad edificatōnem moz audire: illud attēdite q primo oñiū xp̄us appareat paup puer cū virgine matre: vt simplicitatē ⁊ verecūdiā añ oñia querendā nobis doceat esse. Mā et pueris simplicitas naturalis: et cognata virginib⁹ verecūdia est. Oib⁹ ē nobis in ouersionis nostre mitio nulla magis virt⁹ necessaria est q̄z simplicitas humilis: ⁊ grauitas verecūda. In scda vero apparitōe venit saluator ad aq̄s baptismi: nō quidem lauādus: ē magis a p̄re testimoniū accepturus. De fūt lacrime deuotōis: in quib⁹ nō indulgentia peccatoz ē beneplacitū querie dei patris: cū descēdit in nos spirit⁹ adoptōis filioz: testimonium phibes spūi nr̄o q sum⁹ filij dei: vt mellifluā nobis voce de celo videamur audire q̄rere deus pat̄ in nobis cō placz sibi. Nec parū distat mē has lacrimas deuotōis ⁊ etatis vtiq; iam virilis: atq; eas quas primeua etas inter infantie vagitus emisit: lacrimas vtiq; penitētie ⁊ confessionis. Veruntamē lōge amplius vtrisq; p̄cellūt alie quedā lacrime: quib⁹ ⁊ in fū die sapor vini. Illas enī lacrimas vere in vnum mutari dixerim: q̄ fraterne compassiōis affectu in feruore prodeunt caritatis: pro qua etiā ad horam tui ipsi⁹ immemor esse sobria quadā ebrietate videris.

Sermo quartus vnde supra.

Opulo bure ceruicis cultellus erat necessarius: et lapideis cordib⁹ merito cultri lapidei debebant̄: qualib⁹ a ihesu naue fca circūcisio memorat̄. Noster aūt ihesus tanq; agnus māsuetus omnē austeritatez abstulit. Dñe agnus es cum lana ⁊ lacte venīs: aufer a me obsecro cultellū istū. Durū enī videt̄ ⁊ crudele: puulo recēter nato cultruz lapideū adhibere. Sic agit misericors. Duriciā cordis congruā seruis. filijs omutauit in mansuetudinē: vt rubiginem origmalis peccati quāvix cultellus eradere poterat: ex hoc iā cūvnctōe gratie facile lauet aqua. Nihil ergo miruz si p diuersitate tempoz mutata sint sacramēta: vt dare t̄ vtrisq; qđ cōgruū erat eis. Ipse vero xp̄s vtrunq; suscepit: vt tanq̄ lapis angularis vtriq; parieti coh̄rēt ac sic dua rū capita corrigiaz obuēto oneteret: fiēt pasca figuratum ipse oplet: et verū ptimus mchoauit. Sed ⁊ ppterea voluit circūcidi. vt ostēderet auctorē se esse veteris legis fiēt euangelij: qm̄ qui p seipsum ait nisi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ spiritu sancto ⁊ cetera: ipse idem p seruū suū prius dixerat. omnis aīa cuius p̄pucij caro circūcisa nō fuerit pibit de ppio suo. Nō si solū baptisma suscepisset. videri poterat refugisse circūcisiōez: tanq; nihil ad se ptinentē Si vero circūcideret̄ ⁊ nō baptisaret̄ quō mihi psuaderi posset baptisari circūcisione relicta? Nūc itaq; post circūcisionē baptisma suscipiens: illud mihi tenendū tradidit: qđ vltimo suscepit. Demiq; omunitatis amatoz ⁊ omēdatoz q̄ habitare facit vni⁹moris in domo: quō omunitatē deseret ⁊ alios scandalisaret? Sic

enim scãdalisarent videntes eũ non circũcidi: sicut hodie scãdalisaretur ecclesia si infantem videret non baptisari. Nec solũ omunitatis z veritatis bonũ cõmendare ꝫ humilitatẽ voluit exhibere: vt ligaturã vulneratoꝝ suscipet. qui solus erat absq; vulnere. Vnde enĩ aplus dicit. Misit deus filiũ suũ in mũdũ: natum ex muliere factũ sub lege. Verũ ne qs forte diceret. q circũcisus est parẽtes fecerũt. paruulus enim erat: ia triginta annoꝝ ad baptismũ ipe p rexit. Inclinat sub baptiste manibus caput tremendũ potestatibꝰ. principatibꝰ adorandus. Quid mirum si baptista otremuit? Quis vel ipsa cogitatõe nõ otremiscat? O q̃ altũ erit in iudicõ caput qđ mõ inclinat: et vertex qui mõ tam humilis videt: q̃ sublimus z excelsus tũc apparebit. Sme inquit mõ: sic enim decet nos implere omnẽ iustitiã. Siquidem qui in plenitudine temporis venit z in q̃ habitat plenitudo diuinitatis: nihil nouit nisi plenũ. Nam legẽ nõ venit soluere ꝫ implere. Est autẽ iustitia q̃dã stricta z angusta valde: ita vt q̃ cito pedem verteris in peccati foueã cadas: nec p̃ponere se equali nec equari p̃posito. Huius diffinitõ ẽ. reddere vnicuiq; qđ suũ est. Altera latior z ãplior: iustitia: nec equare se pari: nec inferiori p̃ponere. Sicut enĩ grãdis z grauis est superbia p̃ferre se equali aut eq̃re p̃lato: ita magne humilitatis ẽ inferiorẽ se exhibere equali: aut eq̃lem inferiori. Maxima z plena iustitia est in inferiorẽ exhiberi etiã ipsi inferiori. Sic̃ enĩ sũma et intolerabilis superbia est superiori se p̃ponere: ita inferiori subdere sũma et plena iustitia est. Qđ iohannes ait ego a te debeo bãptisare. de prima fuit q superiori se subdidit: qđ autẽ xp̃us fecit de plena iustitia fecit: siquidẽ ille suuli sui manibꝰ se inclinauit. Videat aũt nũc quisq; quẽ imitet: hũc an eũ q extollit sup oĩe qđ dr die de? aũt colit. Studeamus z nos obsecro fres adimplẽ oẽz iustitiaz. Ipaeni ẽ via p quã ad letitiã venit. Nã letitia p̃miũ est: iustitia meritũ et materia. Nã de ipa iustitia erit letitia nostra: quãdo xp̃s apparebit vita nostra et nos apparebimus cũ ipso in gla: qm̃ ipse est q factus ẽ nobis a deo patre iustitia. Beatiue ro qui etiã nũc de iustitia letant et exhilarant in cõscientijs suis: fugẽtes mel de petra: oleũq; de saxo durissimo. Nũc aũt videt laboriosa iustitia: ꝫ veniet quãdo in suauitate z iocunditate sine omni labore delide ret z habeat. amet z p̃cipiat quando fruem ipsa iustitia. Ve autẽ hijs qui p̃tergrediũt viã: q relicta iustitia. vanã z trãsitoriã letitiã querũt. Cũ enĩ de trãsitorijs querũt letitiã: nõ poterit nõ tranfire transeuntibꝰ hijs de quibus erat. Sicut enim lignis deficiẽtibꝰ deficit ignis: sic mũdus tranfit z ocupiscẽtia eius: haud dubiũ quin z letitia quoq;.

Dominica prima post octauã epiphanie sermo primus.

Nlectõe sancti euãgelij fres hodie audiuimus: quia dñs noster iuit ad nuptias. Faciamus q̃ qđ alibi monet: et studeamus similes fieri hoibus exspectantibꝰ dñm suũ qñ reũtat a nuptijs. Nã tenenti carrucam in agro. z vendẽti aliquid vel ementi i foro. nõ dicit q̃d exspectas. Neq; enim similes sũt exspectantibꝰ.

Dnica ja post epiphaniā sermo j.

Si vero quē vidimus stare ante ianuā pulsare crebrius sepiꝰ fulspicē ad feneſtras: mihil mirū ſi dicit̄ qđ exſpectas. Illi gꝰ fuit ſimiles exſpectantibꝫ: qui nō ſurda aure audiērūt vacate et videte qm̄ ego ſū deus Veniet dñs exſpectātibꝫ eū in veritate: qualis erat qui dixit. Exſpectās exſpectaui dñm. Veniet tanq̄ reuētēs a nuptiis: mebriatꝰ vino caritatis: et immemor miq̄tatū noſtrarū. Veniet nō exſpectantibꝫ tanq̄ reuertēs a nuptiis: tanq̄ potēs cū pulatus avino vere ebrius et immemor miſeratōnuꝫ ſuaꝝ. Tūc enī q̄n tū ad illos obliuiſcet̄ miſereri deus Veniet in ira et indignatōne tanq̄ furibundus: ꝙ o homine ne in furore tuo arguas me. Nec mō nō tam de p̄ſentibꝫ nuptiis q̄ pro eaꝝ occaſione ſint dicta. Jam vero ſeq̄mur vna cū diſcipulis ad nuptias euntem dñm: vt videntes qđ facturus eſt pariter credamus cū illis. Deficiente vino dixit mater ihesu ad eū. Vinū nō habent. Compaſſa eſt enī eoꝝ verecūdie: ſic miſericors. ſic benigniſſima. Quid de fōte pietatis p cederet niſi pietas? Quid mg̃ mirū ſi pietatē exhibēt viſcera pietatis? Nōne qui pomū in manu ſua tenuerit dimidia die: reliq̄ diei pte pomi fuabit odorē? Quantū igit̄ viſcera virtus pietatis affecit: in quibꝫ nouē menſibꝫ requieuit? Nā tante mē tem repleuit q̄z ventrez: et cū p̄ceſſit exvtero: ab aio nō receſſit. Durior fortaſſet et auſterior videri poſſet reſpōſio dñi: ꝙ nouerat ille cui loquereē: et quis loquereē illa nō ignorabat. Denicq̄ vt ſcias quō reſponſū ipſū acceperit: aut quātū de filij benignitate p̄ſūpſerit: ait miniſtris. Quecūq̄ p̄ceperit vob facite. Erāt autem ibi lapidee ydrie ſex poſite. Has nūc ydrias purificandis veris iudeis. nō litera ꝙ ſpū neceſſe habem⁹ apponere: vel magis appoſitaꝫ demōſtrare. Quia eni nōdū puenit eccleſia ad p̄fectā purificatōnem. qm̄ eā ſibi xp̄us exhibebit glorioſaꝫ nō habentē maculā neq̄ rugā aut aliquid hmōi multis interim purificatōnibꝫ opus habet: q̄tenus ſicut abūdant peccata abūdet indulgētia: ſicut multiplicat̄ miſeria. ſic et miſedia: miſi q̄ nō ſicut delictū: ita et donū. Gratia enī nō ſolū peccata lauat: ſed et merita donat. Sex exigit̄ ydrie fūt poſite hꝫ qui poſt baptiſmū in peccata labunt̄: de hꝫ enim loquimur: q̄a de hꝫ fum⁹. Exuim⁹ tunicā veterē: ſed hēu peius reindu imus eā. Lauimus pedes noſtros: ꝙ peius inquinauimus eos. Sic gꝰ qđ aliꝰ inquinauerat lauit alius: ſic inquinatos a nobis: lauari opus eſt et a nobis. Aliena lauit aqua: q̄s culpa inquinauerat aliena. Nec tamē ſic alienā dixerim vt negē noſtrā: alioquin nec inquinaret. Sz aliena eſt. quia in adā oēs neſciētes peccauimus: noſtra. quia et ſi in alio nos tamē peccauimus: et nobis iuſto dei iudicō imputabat̄ licz occulto. Verūtamē vt iā nō ſit q̄d cauſeris o homo: contra inobediētiā adebat̄ tibi obedientia criſti: vt ſi gratis venūdatus es. gratis et redimaris. Si neſciēs in adam periſti: neſciens viuificaris in xp̄o. Neſciſti quādo ad lignū vetitū vetus adā tetendit manus noxias: neſciſti nihilominus quādo in ligno ſalutifero mnoxias manus criſtus extendit. A p̄mo homine in te manauit macula qua inquinatus es: a criſti latē aq̄ qua mundatus es. Nūc iā inq̄natꝰ

ꝓpria culpa. ꝓpria nihilominus aq̃ mundaberis: ab illo tamẽ ꝛ per illũ: qui solus est purgationem faciens peccatoꝝ. Prima ergo ꝑia ꝛ prima purgatõ in opunctõne est de q̃ legimus: quoniã in quacunq; hora ingemuerit peccator. ommium iniq tatũ eius non recordabor. Secunda vero cõfessio est. Omnia siquidez in confessione lauanẽ. Tercia: elemosinarũ largitio. Vnde enim habes in euangelio. Date elemosinã: ꝛ ecce omnia munda sunt vobis. Quarta remissio iniuriarũ: secundũ q̃ orantes dicimus. Dimitte nobis debita nostra. sicut ꝛ nos dimittimus debitoribꝫ nostris. Quinta est afflictio corporis: vnde ꝛ oramus: vt mundi p abstinentiam deo canamus gꝛam. Sexta est obedientia preceptorum sicut audierũt discipuli: quod vtinã audire mereamur ꝛ nos: vos mundi estis ꝓpter sermonẽ quẽ locutus sũ vobis. Quinirũ quia non erant sicut hi quibꝫ dicit̃ sermo meus non capit in vobis: sed i auditu verbi obaudierant ei. Vel sunt sex ꝑie posite in purificatõnem nr̃am: quevacue sunt et plene vento: si pro mani gloria obseruantur. Aqua replenẽ si timore dei custodianẽ: quoniã timor domini fons vite. Aqua m̃q̃ timor domini est ꝛ si mimus sapida: ꝫ optime refrigerans animaz noxiꝫs desiderijs estuantem. Aqua est que iacula inimici ignita possit extinguẽ Nã nec illud dissonat q̃ aqua semper ima petit: ꝛ timor ad ima cogitatõem deducit ꝛ inferioribꝫ immorat̃: atq; loca horrenda pauida mẽte collustrat. iuxta illud. vadaz ad portas inferi. Sz diuina virtute aq̃ mutatur in vinum quando perfecta caritas foras mittit timorem. Dicunt autẽ lapidee ꝑie: non tã ꝓpt̃ duriciã: q̃ stabilitatez. Capientes singuli metretas binas vel ternas. Due metrete duplex timor: ne forte trudi i gehennã: ne forte ab eterna vita cõtingat excludi. Sed quia de contingente futuro sunt ista et blandiri potest sibi anima dicens. postq̃ aliquamdiu in voluptatibus tuis vixeris ages penitẽtiã. nec ista iam cariturus nec parituus in illa: bonum est adhiberi ꝛ terciũ. qui vti q; spũalibꝫ notus est: eo vtilior quo de presenti est. Timẽt enim qui noverunt spiritualem cibum: ne quãdo forte fraudentur eo. Cibo siquidem forti egent: qui manũ miserunt ad fortia. Viuant de plateis egipti. q̃ deseruiũt in operibꝫ lutiꝛ lateris: nobis fortior cibꝫ est necessarius quomiã nobis grandis restat via vt amb ulemus in fortitudie cibi illi9. Iꝑe est panis angelorꝝ: panis viu9: panis quotidian9. Vide est de q̃ nobis promissum est: quia centuplũ accipiemus in hoc seculo. Sicut eni mercenarius ꝛ quotidianus cibꝫ datur in opere. ꝛ merces seruat̃ in fine: sic dominus in vita eterna reddet: ꝛ interim centuplũ repromittit ꝛ exhibet. Quid q̃ mirũ si timet ne ꝑdat hanc gratiã: qui iam cõsecutus est eam? Nec est metreta tercia: quam sub distinctõe signanter posuit. eo q̃ non omnium fit: quia nec omnibꝫ centuplum repromissũ: sed solis qui omnia reliquerunt.

Sermo secundus vnde supra.

In operibꝫ dñi fres. et minus capaces animos exterior cõsideratõ pascit: et q̃ magis exercitatos habẽt sensus solidiorẽ intus cibũ inuenĩt

Dnica ja. post Epiphaniā Sermo 12

et fuauiorē: tanq̄ ādipem medullā q̄ frumēti. Sūt enim exteriori specie delectabilia. interiori vtute mlto delectabiliora: quēadmodū ipe exterius quidem speciosus erat forma p̄ filijs hominū. interius autem tanq̄ cādor lucis eterne: etiā ipsis supemīēsvultibꝫ angelorꝫ. Apparebat enim foris homo sine culpa: caro sine peccato: agnus sine macula. Nuā specioſi pdes annūciantis pacē annūciantis bona: q̄ mlto speciosius p̄cioſi caput ei⁹: q̄ſi caput xp̄i deus. Delectabilis aspectus hominis in quē peccatū nō cadit. beati oculi qui viderūt: q̄ multomagis beati mūdo corde: quoniā ipſi deum videbūt. Demiq̄ cū puemisset ad nucleū: testā iam licz decorā valde non reputabat apostol⁹ dicēs. Et ſi cognouimus aliquādo xp̄m ſecundū carnē: ſed nūc iā non nouimus. Mirū q̄a dñs ipe predixerat. caro non p̄dest quicq̄: ſpūs est qui viuificat. Sed hec est ſapiētia quā loquitur paulus inter pfectos: non inter eos quibꝫ legimus ab eodē dictū: nihil arbitratus ſū me ſcire int̄ vos niſi ihesū xp̄m. hunc crucifixū. Totus suauis est. totus ſalubris est: totus delectabilis: totus demiq̄ ſecundū ſpōſe vocē deſiderabilis. Sicut autem in eo oſtenſū est: ſic et in operibus eius reperies. Nām. superficies ipſa tanq̄ affabris conſiderata decora est valde: et ſi quis fregerit nucem intus inueniet quod iocūdius ſit: et multo amplius delectabile. Non ſic apud patres veteris teſtamenti reperies. Nam. in operibꝫ eorꝫ decora. delectabilis est ſignificatō miſtica: ipſa tamē ſi per ſe conſiderēt̄ inuenient̄ aliquādo minus digna: vt ſunt facta iacob. adulteriū dauid: et multa ſimilia. Preciosa quidē ſūt fercula: q̄ vaſa non adeo p̄cioſa. Et fortaſſe p̄terea dictū est. tenebroſa aqua i nubibꝫ aeris. q̄n tenebroſe nubes ille fuerūt: et ſubiectū ē deo: p̄ fulgore in aſpectu ei⁹ nubes trāſierūt. Credo iā aduertiſtis ad q̄d hec dicere velim. Audiſtis enim hodie miraculum factū in nuptijs. initiumvtiq̄ ſignorꝫ domini: cuius et hyſtoria ſatis est āmirabilis: et ſignificatō ampli⁹ delectabilis. Magnum enim diuine maieſtatis indicio fuit. ad nutum dñi. aquā in vinū conuerti: ſed et illa multa melior mutatō dextere excelſi: quā in iſta p̄figurauit. Oēs enim nos ad ſpūales nuptias vocati ſumus: in quibꝫ vtiq̄ ſponſus est criſtus dñs. Vnde canim⁹ in pſalmo. Et ipe tanq̄ ſpōſus p̄cedens de thalamo ſuo. Sponſa vero noſtri ſumus. ſi nō nobis videt̄ incredibile. noēs ſimul vna ſpōſa: et aie ſingulorꝫ q̄ſi ſingule ſpōſe. Sz quādo hoc ſentire poterit fragilitas noſtra de deo ſuo: q̄ eo affectu ſe diligat quo diligit̄ ſponſa a ſponſo? Multū enim hec ſponſa ſpōſo ſuo inferior genere: inferior ſpecie: inferior dignitate. Attamē p̄ et thiopiſſaz iſtam de longinq̄ filius eterni regis aduenit: et vt ſibi deſpōſaret illā: etiā moꝫ p ea non timuit Moyſes quidem et thiopiſſam duxit vxorē. q̄ nō potuit et thiopiſſe mutare colorē: xp̄us vero quā adamauit ignobilē adhuc et fedā. glorioſaz ſibi exhibebit eccleſiā: nō habentez maculam neq̄ rugam. Murmurat aarō murmuret et maria: nō noua q̄ vetus. non mater domini ſed ſoror moyſi. Non noſtra m̄q̄ maria: illa enim ſollicita est quid forte deeſt in nuptijs. Vos autem vt dignum eſt

murmurãtibꝫ ſacerdotibꝫ murmurãte ſynagoga: toto affectu i gratiaꝝ actõe verſamini. Vnde enī tibi o humana aīa: vnde tibi hoc? Vnde tibi tã meſtimabilis gloria: vt eius ſponſa mearis eſſe in quem deſiderant angeli ipſi ꝓſpicere? Vnde hoc vt ipſe ſit ſpõſus tuus. cuius pulcritudinẽ ſolꝫ luna miranꝫ: ad cuiꝰ nutũ mutanꝫ? Quid retribues dño ꝓ oĩbꝫ que retribuit tibi. vt ſis ſocia menſe. ſocia regni. ſocia deniqꝫ thalami: vt introducat te rex in cubiculuꝫ ſuũ? Vide iam quid de deo tuo ſentias: vide quãtũ de deo p̃ſumas. Vide quibꝫ brachijs vicarie caritatis reamãdus ꝫ amplectẽdꝰ ſit. q̃ tãti te eſtimauit: imo qui tãti te fecit. De latere enī ſuo te reformauit. quando ꝓpter te obdormiuit in cruce: ꝫ ob hoc ſomnũ mortis excepit. Propter te a deo patre exiuit ꝫ matrẽ ſynagogaꝫ reliquit: vt adherens ei vnus cũ eo ſpũs efficaris. Et tu ergo audi filia ꝫ vide ꝫ cõſidera quanta ſit erga te dignatio dei tui: ꝫ obliuiſcere ꝓpm tuũ ꝫ domũ patris tui. Deſere carnales affectꝰ. ſeculares mores dediſce: a p̃oribꝫ vicijs abſtine: o ſuetudines noxias obliuiſcẽ. Quid enī putas. nõne ſtat angelus dñi qui ſecet te medĩã: ſi forte quod auertat ipſe alterũ admiſeris ſaluatorẽ? Jam enī deſponſata es illi: iam nuptiaꝝ prandiũ celebraꝝ: nã cena quidem in celo ꝫ in aula eterna paraꝝ. Verũtamẽ nunqd ibi vinũ deficiet? Abſit. Jnebriabimur ibi ab vbertate domus dei: ꝫ torrẽte voluptatis eiꝰ potabimur. Paratũ eſt ꝓfecto illis nuptijs flumẽ vini: vini inq̃ quod letificat cor. Siquidem flumis impetus letificat ciuitatẽ dei. Nunc aũt q̃m̃ am grandis nobis reſtat via: prandiũ quidem accipimus hic ꝫ ſi nõ in tanta copia: q̃ plenitudo ꝫ ſatietas cene reſeruet eterne. Dic ergo nõ nunq̃ vinũ deficit: gratia ſcz deuotionis: et feruor caritatis. Quotiẽs mihi neceſſe ẽ fratres poſt lacrimoſas q̃rimonias veſtras exorare matrẽ miſerdie: vt ſuggerat ſuo benigniſſimo filio: quomã vinũ non habeatis. Et ipſa dico vobis cariſſimi ſi pie a nobis pulſata fuerit nõ deſerit neceſſitati noſtre: quomã miſericors eſt: et mater miſerdie. Nam ſi cõpaſſa eſt verecundie illoꝝ a quibus fuerat iniurata: multomagis cõpatiet nobis: ſi pie fuerit inuocata Placent enī illi nuptie noſtre: et ptinent ad eã multo amplius illis: mirũ de cuius vtero tanq̃ e thalamo ſuo celeſtis ſponſus ꝓceſſit. Sed quem non moueat quod in nuptijs ſuis reſpondit dñs benigniſſime ac ſanctiſſime matri ſue dicens quid mihi ꝫ tibi eſt mulier? Quid tibi ꝫ illi eſt domine? Nonne quod filio et matri? Quid ad illam pertines quoris: cũ tu ſis benedictus fructꝰ ventris eius immaculati? Nõne ipa eſt que ſaluo pudore ꝺcepit: et ſine corruptõne te peperit? Nonne ipſa eſt in cuius vtero nouẽ menſibꝫ moratꝰ es. cuius virgineis vberibꝫ lactatus es. cum qua iam duodecim ãnorũ factus de ihꝝuſalẽ deſcendiſti: ꝫ eras ſubditus illis? Nunc ergo dñe quid moleſtus es illi dicẽs: quid mihi et tibi? Multum per omnẽ modũ Sed manifeſte iam vide o q̃ non velut indignans aut confundere volens virginis matris teneram verecundiã dixeris quid mihi et tibi: cũ vementibꝫ ad te iuxta matris preceptum miniſtris: nihil cunctatus

Dominica ja post epiphaniā Sermo 2

facias quod illa ſuggeſſit. Vt quid ergo fratres: vt quid ſic reſponderat prius? Vtiq; propter nos: vt conuerſos ad dominum iam non ſollicitet carnaliuꝫ cura parentum: et neceſſitudines ille non impediāt exercitium ſpirituale. Quamdiu enim de mundo ſumus: debitores nos cōſtat eſſe parētibꝰ. At poſtq; reliquimus noſmetipſos: multomagis ab eoꝝ ſollicitudine liberi ſumus. Vnde legimus frem quendā in heremo oueſantez. cū ad eum carnalis frater auxiliꝫ gratia aduētaſſet reſpōdiſſe vt adiret alterū frez eoꝝ: cū illeviq; iam obiſſet. Cūq; admiratus qui venerat reſpōderet. quia ille obiit: heremita ſe q; ſimiliē obiſſe reſpōdit. Optime ꝙ nos docuit dñs ne ſollicīti ſimus ſup ꝙmquis carnis noſtre plus q; religio poſtulet: quādo ipſi matri et tali matri reſpōdit. quid mihi et tibi eſt mulier. Sic et in alio loco cū ſuggeret ei qui dā. quoniaꝫ foris ſtaret cū fratribꝰ domini querēs ei loq reſpōdit. Que eſt mater mea: et qui ſunt frēs mei? Vbi modo ſūt qui tam carnaliter et mamē ſup carnalibꝰ ꝙmq; ſuis ſolēt eſſe ſollicīti: ac ſi adhuc viuerēt et ipſi cum eis? Sed videamus iā q̄d ſequit. Erant ait euāgeliſta ydrie ſex poſite ſecūdū purificatōez iudeorū. Vel ex hoc potes manifeſti? aduertē nō plenitudinē ꝧ ꝓparatōem nuptiarū eſſe: vbi nimirū adhuc opus eſt purificatōne. Deſpōſatōis ergo nuptie iſte ſūt: non copulationis. Abſit enim illis in nuptiis forte vaſa purificationis: quando gloriōſam ſibi criſtus eccleſiam exhibebit nō habentem maculam neq; rugā: aut aliquid huiuſmodi. Vbi aūt nō eſt macula: quē purificatio erit neceſſaria? Nūc vtiq; lauādi tēpus ē: nūc purificacōez pz eſſe neceſſariā: quando nemo mundus a ſorde: nec infans cuius eſt vnius diei vita ſuper terram. Nunc abluitur ſponſa nunc purificatur: vt in celeſtibus illis nuptiis ſponſo ſuo ſine omni macula preſentetur. Queramus ergo ydrias ſex: in quibus hec ablutio iudeorum item confitentium purificatio fiat. Nam ſi dixerimus quia peccatum non habemus noſipſos ſeducimus. et veritas in nobis non eſt: que ſola liberat ſola ſaluat ſola lauat. Quod ſi confiteamur peccata noſtra non deerunt veris iudeis purificatōnis ydrie: quoniam fidelis eſt deus qui dimittat nobis peccata: et emundet nos ab omni iniquitate. Ego quidez ſex ydrias ſex obſeruantias arbitror eſſe: quas ad purificanda confitentiū corda ſancti patres inſtituere: et omnes illas mi fallor hic poteriuus muenire. Prima ſiquidez ydria continentia ē caſtitatis: qua diluit quicquid ante luxuria inquinauit. Secunda vero ieiunium eſt: vt quod maculauerat crapula nunc abſtinentia mundet. Per ſegniciem quoq; et ocioſitatem que inimica eſt anime. multas contraximus ſordes contra dei ſententiam. in ſudore vultus alieni non noſtri pane veſcentes: propter hoc quoq; tercia ydria nobis apponitur: vt ſordes ille in labore manuum diluantur. Sic et per ſomnolentiam ceteraq; noctium et tenebrarum opera multa deliquimus: ideo quoq; quarta ydria vigiliarum obſeruantia ponitur: vt nocte ſurgētes ad confitendum domino. nō bo-

nas noctes preteriti temporis rebi-
mamus. Jam vero de lingua quis
nesciat q3 multū inquinauerit nos
pruaniloquia ⁊ mendacia: per de-
tractiones ⁊ adulatōnes. per verba
malicie et verba iactantie? Profe-
cto hijs oīnib⁹ necessaria est ydria
quinta: silentium scilicet custos reli
gionis: et in quo est fortitudo no-
stra. Sexta quoq3 ydria disciplina
est: qua non modo nostro arbitrio
sed alienoviuim⁹: vt deleatur quic-
quid indisciplinate viuēdo deliqui-
mus. Lapidea sunt hec. dura sunt: ꝫ
necesse habemus in hijs lauari: nisi
forte voluerimus propter sedita-
tes nr̄as a domino accipere libellu3
repudij. Attamen in eo q3 dicunt
lapidee non solum duricia sed mul-
to melius solidítas potest intelligi:
quoniam non lauant hec: nisi firma
stabilitate permanserint. Ait ergo
domin⁹ ad ministros. Implete ydrias
aqua. Quid sibi vult istud domine?
Ministri sollicíti sunt de vini penu-
ria: ⁊ tu dicis implete ydrias aqua?
Ille de poculis cogitant: et tu pre
tipis vt vasa purificatōnis imple-
ant? Sic omnino sic suspiranti iacob
ad rachelis amplexus: lya a patre
supponitur. Nobis fratres qui mi-
nistri sumus et serui vestri per cri-
stū: nobis precipitur implere ydri-
as aqua: quotiens deest vinum. Ac
si dicatur. Illi deuotōnem defide-
rant. vinum requirunt. feruorem
flagitant: sed nondum venit hora
mea: implete ydrias aqua. Que est
enim aqua sapientie salutaris. ⁊ si
non adeo suauis: nisi fons vite: ini-
tium sapientie timor domini? Dici-
tur ergo ministris. Incutite metū
et spiritu timoris non tam vasa q3
corda replete: quia vt ad caritatē
peruenianr̄ mittendi sunt a timore:
vt dicant et ipsi. A timore tuo con-
cepimus domine: et parturiuimus
spiritum salutis. Sed quomodo im-
plebuntur ydrie? Predixerat enim
euangelista capientes singule me-
tretas binas vel ternas. Que sunt
due metrete: queue tercia? Vtiq3
duplex timor cōmunis et notus o-
mnibus: ac tercius quidem minus
cōmunis et minus notus. Primus
enim timor est ne cruciemur in ie-
henna: secundus ne excluſi a visio-
ne dei priuemur tā mestimabili glo
ria: tercius replet animam omni sol
licitudine timidā: ne forte deseratē
a gr̄a. Et quidem omnis timor dñi
fic aq3 extiguit ignē fic extiguit pec
cati concupiscentiam: sed is maxi-
me cum ad omnem temptatōnem
statim occurrit ne forte contingat
amittere gratiam: vt sibi dereliq⁹
homo labatur quotidie de malo in
peius. de periculo minori in grauio-
rem culpam: quales vtiq3 multos
videmus cum in sordibus sint sorde-
scentes adhuc. Nam aduersus ti-
morem istum non est vnde sibi blā-
diatur anima: siue de minori forte
quantitate peccati: siue de emēda-
tōne futura. Talibus enim blandi
mentis impediuntur aliquatenus
duo prima genera timoris. Preci-
pit ergo nobis dominus vt hac a-
qua ydrias impleamus. Sunt enim
aliquando vacue et plene vento: si
quis tamen adeo insanus est. vt in
eo per vanitatis studium ille quas
predixímus obseruantie mercede p
petua vacuentur: vt sunt fatue vir-
gines in quarum vasis oleum non
habetur. Interdum autem quod

In conuersione s: pauli.

pe⁹ est plene quidem sunt seb ple
ne veneno: quod est inuidia . mur-
mur . ranco⁹ animi et detractio. Pro
pterea ne forte subintrēt ista dum
vnum deest . iubemur implere ydri-
as aqua vt obseruentur mandata
domini in timore: que tunc mutan-
tur in vinum cum timor expellitur
a caritate: et implentur omnia fer-
uore spiritus et iocunda deuotōne.

In conuersione sancti pauli ser-
mo primus.

Erito quidem dilectissimi
conuersio doctoris gen-
tium ab vniuersitate gē-
tium festiuis gaudijs ho
die celebrāe. Multos enim ab hac
radice ramos prodijsse videm⁹. Cō
uersus paulus: ouersionis minister
factus est vniuerso mūdo. Et mul-
tos quidem olim in carne adhuc. q̄
non iam secundum carnē ambulans
predicatōis officio conuertit ad
deum: nunc quoq; in ipso felicius vi
uens ⁊ apud ipsū ne adhuc quidem
cessat ab hominū conuersione: dico
autem exemplo. oratōe. doctrina.
Propterea demq; conuersionis ei⁹
memoria frequentatur. q̄ ipsa q̄-
q; memorantibus vtilis inueniatur
In hac enim memoria et peccator
spem veme concipit vt prouocetur
ad pemtētiā: ⁊ qui iā pemitz pfecte
conuersionis accipit formaz. Nuis
desperet vltra pro magnitudine cu
iuslibet crimmis: quādo quidem sau
lum audiat adhuc spirantem mina
rum et cedis in discipulos domini
subito factum vas electōis? Nuis
dicat iniquitatis pondere p̄ssus as-
surgere iam ad studia meliora non
valeo: quado in ipso itinere quo san
guinem fidēs christianū dirum toto
pectore virtus efflabat. persecutor
crudelissimus in fidelissimuz repente
mutatus est predicatorez? Magni-
fice siquidem in hac vna conuersio-
ne et misēdie magnitudo . efficacia
gratie cōmendatur. Subito ait lu-
cas circūfulsit eum lux de celo. O ve
re mestimabilis diuine dignatio pi-
etatis. Illustrat celesti fulgore vel
afforis: intus adhuc lumimis inca-
pacem. Qui necdum infundi pote-
rat: diuina saltez circūfunditur cla
ritate. Et vox facta est. Lucis ⁊ vo-
cis testimonio credibilia facta sunt
nimis: nec dubitare est de veritate:
que sese ingerit per vtrasq; oculo-
rum scilicz auriumq; fenestras. Sic
nimirum fit in iordane quoq; supra
caput domini ⁊ columba apparuit
et vox sonuit: sic ⁊ in monte quando
transfiguratus est coram discipu-
pul ⁊ claritas visa est: ⁊ vox patris
nihilominꝰ audita. Saule saule: q̄d
me persequeris? Vere deprehensus
est saulus: non est dissimulandi lo-
cus: nō est facultas vlla negandi.
In manibus sunt epistole crudelis-
sime legatōis: auctoritatis execrā
de: potestatis iniique. Quid me per-
sequeris inquit. An nō persequebaē
xp̄m: qui christi membra trucidabat
in terris? Autvero persecuti sūt cri
stum qui sacratissimuz illud corpus
crucis affixere patibulo: et non per
sequebatur eum . qui aduersus cor-
pus eius quod est ecclesia. est enim
corpus eius etiaz ipsa. odio furebat
iniquo? Demq; si proprium sangui
nē dedit i p̄ciū redēptōis animarū:
nō tibi videē grauiorē ab eo sustinē
psecutōez qui suggestōe maligna.
exēplo pnicioso scandali occasione

auertit ab eo animas q̃s redemit · q̃z a iudeo qui sanguinẽ illũ fudit? Agnoscite dilectissimi: et expauescite consortia eorum qui salutẽ impediunt animarum. Horrendũ permitus sacrilegium· quod et ipsoruz videtur excedere facinus: qui domino maiestatis manus sacrilegas iecerunt· Videbatur iam cessasse persecutõis tempus: sed vt palam factum est nunquam deest persecutio christiano sed neqz christo· Et nũc q̃d grauius est· ipsi christum persecunt̃: qui ab eo vtiqz christiani dicuntur· Amici tui deus et proximi aduersum te appropinquauerunt et steterunt· Coniurasse videtur contra te vniuersitas populi christiani a minimo vsqz ad maximum: a planta pedis vsqz adverticem non est sanitas vlla· Egressa est iniquitas a senoribus iudicibus vicarijs tuis: quibus dentur regere populum tuum· ℳõ est iã dicẽ vt populus sic sacerdos: q̃a nec fit popul⁹ vt sacerdos· Deu deu domine deus: quia ipsi sunt in persecutõne tua primi qui videntur in ecclesia tua primatum diligere: gerere principatum· Arcem syon occupauerunt: apprehenderunt mumitõnes: et vniuersam demceps libere et potestatiue tradunt incendio ciuitatem· Misera eorum conuersatio: plebis tue miserabilis subuersio est· Atqz vtinam sola hac parte nocerent· Esset forte qui dominica premonitus et premuntus exhortatõne daret operam· ipsorum non exempla imitari sed obseruare precepta: iuxta illud· que dicũt facite: et ad opera eorum nolite respicere· ℳunc autem dati sunt sacri gradus in occasionem turpis lucri: et questum estimãt pietatem· Copiosissime siquidem pietatis inueniuntur in suscipienda imo accipienda magis animarum cura: sed hec apud eos cura minor: et de animarum salute nouissima cogitatio est An vero saluatori animarum grauior vlla esse poterat persecutio? ℐnique agunt z ceteri contra christum: multiqz sunt nostris temporibus antichristi· Merito tamen et crudeliorem eam censet persecutionem pro acceptis beneficijs: z grauiorem sentit pro potestate quam propijs sustinet a ministris: licet alij quoqz multi contra proximorum salutem multipharie multisqz modis· et varijs occasionibus agere videantur· Nec videt christus z silet: hec saluator patitur z dissimulat· ℙropterea dissimulemus nos quoqz necesse est: et fileamus interim maximeqz de prelatis nostris magistris ecclesiarum· Sic nimiruz sic placet et ipsis vt euadant nunc humana iudicia: veniatqz semel iudicium graue hijs qui presunt et potentes patiantur tormenta potẽter· Vereor dilectissimi ne quis forte sit et in nobis domini persecutor quia manifesta docuit ratõ: impedire salutem esse persequi saluatorem ℳuas ego de salute amme mee fratri illi gratias agere possum: q̃ mihi propinat detractionis fraterne venenum? Merito detractores deo odibiles describuntur: tanquam persecutores· ℳuid et is qui exemplo suo ad remissius agendum ceteros prouocat· aut singularitate tur bat· aut inquietat curiositate· aut impacietia suaz murmuratõe molestat: aut q̃cũqz mõstristat spũm dei

In conuersione s. pauli

qui in eis est. scandalisans vnuz de
ministris istis credentibz in eū? ſnō
ne z hic manifeste ꝓsequitur xp̄m?
Vt ꝙ ꝓsecutoꝝ z nomē z crimē lō
ge fit ſemp a nobis: obsecro vos di
lectissimi benignos ſemp z mites ex
hibeamus nos mutuicē ſuppoꝛtantes
in oī paciētia: z ad id qđ melius z
ꝓfectius est alterutrū ꝓuocantes.
Nuis enī ſeruus ſufficere ſibi putat
non ꝓsequi dn̄m: ꝙ nec obsequi do
mino? Nuā habituꝛus est gratiā:
sivt resistit sic nec assistit quidē? De
maz si quis adeo pusillanimis est vt
satis sibi reputet nec ꝓsecutoꝛē esse
nec coadiutoꝛē dei: audiat quid ip̄e
loquat. Nui non est mecū ostra me
est: et qui non colligit mecū. dispeꝛ
git. Saule saule quid me ꝓsequeris?
Et ille. Nuis es dn̄e? Dmc ꝓfecto
dat intelligi: quia vere circūfusa e-
rat illi claritas nō ifusa. Audiebat
paul9 voc̄ dn̄i ſed faciē domini nō
videbat: q̄mā erudiebat ad fidem:
et vt ipse postea docuit fides ex au-
ditu est. Nuis es inquit? Ignotum
enim persequebat: et ideo consecu-
tus est misc̄iam: quia ignoꝛans in
incredulitate ꝑ fecit. Discite ex hoc
Fratres iustū iudicē dei. non mō qđ
fiat. ſed z quo animo fiat conſideꝛa-
re: et cauete deinceps ne quis paꝛ-
ua reputet: quālibet parua ſciēter
delinquere conuincat. Nemo dicat
in coꝛde suo leuia sunt ista: nō curo
coꝛrigere: non est magnū si in his
maneā venialib mimimisq̄ peccatis
Nec est enī d. lectissimi impenitētia
hec blasphemia in spūm sanctū: blas
phemia irremissibilis. Paulus q̄dez
blasphemus fuit: sed nō in spūm sā
ctū: quia ignoꝛans fecit in incredu li
tate. Non in spūm sanctū dixit blas
phemā: et ideo cōsecut9 est miseꝛi-
coꝛdiā. Nuis es dn̄e? Et dn̄s ad eū
Ego sū ihesus nazarenus: quē tu p
sequeris. Ego sū saluatoꝛ: quē tu p
sequēdo peris. Ego sū de quo tu in
lege tua legis predictuz quod ne-
scis impletū: quia nazareus vocabi-
tur. En ille. Dn̄e: quid mevis facē?
Nec plane Fratres perfecte conuer
sionis est forma. Paratum inquit
coꝛ meum deus: paratū coꝛ meum.
Paratus sum z non sum turbatus:
vt custodiaz mandata tua. Domie
quid me vis facere? O verbū breue
sed plenū: sed viuum sed efficax: ꝙ
dignū omni acceptōne. Nuaz pau
ci muemuntur in hac perfecte obe-
dientie forma: qui suā ita abiecerit
voluntatēvt ne ipsū quidem coꝛ p-
prium habeant: vt non quod ipsi. ꝙ
quid dominus velit omni hoꝛa req-
rant dicentes sine intermissiōe. Do
mine: quid me vis facere? Et illud
samuelis. Loquere domine: quia au
dit seruus tuus. Deu plures habe-
mus euāgelici illi9 cecidit: ꝝ noui ap-
stoli imitatoꝛes. Quid vis ait domi-
n9 ad cecū illūvt faciā tibi? Nuāta
est miseratō tua dn̄e: quāta dignā-
tio tua. Siccine dn̄s serui querit vt
faciat voluntatez? Vere cecus ille:
q̄a nō ꝯsiderauit. nō expauit: nō ex-
clamauit. Abſit hoc dn̄e: tu magis
dic quid me facere velis. Sic enī de
cet: sic oīmo dignū est. non mea a
te: ꝙ a me tuā q̄rīt fieri voluntatē.
Videtis frēs: q: vere necessaria erat
hec in loco cōuersio? Sic profecto
sic multoꝛum vsq̄ hodie pusillanimi
tas z peruersitas exigit. vt ab eis q̄
ri opteat quid vis vt faciā tibi: nō
ipsi q̄rant: dn̄e quid mevis facere.
Cōsiderare necesse hz minister z vica
rius xp̄i. qđ sibi p̄cipi velint: nō ipsi
cōsiderāt que voluntas sit p̄ceptoꝛis

Non est obedientia eoꝝ plena: nō
in oībꝫ parati sunt obsequi: nō p
oīa sequi ꝓposuerūt eū: qui nō suā
sed patris vemt facere wlūtatez.
Discernūt ⁊ diiudicant eligentes in
quibꝫ obediant imperāti: imo in qui
bus p̄ceptorē suū ipsaꝝ obedire ne
cesse sit wluntati. Hmōi itaqꝫ si to
lerari sev̄eāt ⁊ descendi ac morē
geri infirmitati sue ꝓficiant obse
cro: puteatqꝫ semp paruulos inue
niri: ne quando forte audiant. quid
debui vobis facere ⁊ non feci: ⁊ ab
utentibꝫ pacientia ⁊ benignitate p̄
lati: fiat tandē multitudo exhibite
miseratōis cumulus iuste dānatōis
Domie quid me vis facere? Ēt do
minus ad illū. Surge ⁊ ingredere ci
uitatē: ibi dicet tibi quid te opor
at facere. O sapientia suauiter vere
vniersa disponēs. Eum cui tu loq̄
ris erudiendū de wluntate tua mi
tis ad hoiem: vt socialis vite amen
det vtilitas: et edoctus per hominē
discat ⁊ ipse secundū datā sibi gra
tiam hominꝫ subuenire. Ingredere
ciuitatē. Videtis fratres nō sine di
uino consilio factū esse vt hāc ciui
tatē domini virtutū ingrederemi:
diutnā discere wluntatez? Plane q̄
te salubriter terruit ⁊ conuertit cor
tuū ad desiderandā wlūtatē suam:
ipse tibi dixit. surge ⁊ ingredere ci
uitatem. Sed audi q̄ manifeste in
hijs que sequunt wlūtaria simplici
tas ⁊ xp̄iana cōmendat cōsuetudo.
Aptis oculis nihil videbat: ad ma
nus autē trahebat ab hijs qui co
mitabant eum. Felix cecitas: qua
male quōdā illuminati in preuari
catōne tandem in conuersione oculi
salubriter excecantur. Sane q̄ tri
duo paulus sine cibo manet persi
stens in oratōne; ad eos maxime p
tinet qui nouiter seculo abrenun cis
antes necdū in celesti consolatōne
respirāt. Sustineant ergo ⁊ ipsi do
minū in omni pacientia. orēt sine in
termissione: q̄rentes. petentes. pul
santes: quia exaudiet eos pater ce
lestis in tempore opportuno. Nō ob
liuiscetur eoꝝ in finem: venet ⁊ nō
tardabit. Si triduo fustmueris eū
non habens quod manduces: con
fide quia miseratorꝫ ⁊ misericors do
minus ieiunum te dimittet. Exinde
iubetur ananias manus imponē sau
lo: sed tanq̄ bene eruditus non cō
tinuo acquiescit. Vide enim si non
etiam paulus ipse doctrinam hanc
deinde tradidit discipulo: nemi in
quiens cito manus imponas. Vidit
ait dominus virum imponentem si
bi manus: vt visum recipiat. Fra
tres paulus hoc cum vidisset: non cō
tinuo illuminatus est. Nunquid nō
exspectauit ananie manum. quia vē
turum eum forte in somnijs preui
dit? Hec dico carissimi: quia vereor
ne quis forte sit inter vos. qui sōlo
sese somnio presumat illuminatum
esse nec iam equanimiter patiatur
ad manum trahi: sed doctorem sese
p̄fiteat alioꝝ. Cui enim necdū ad
ministratōms cura minucta est. cui
necdū credita dispēsatō. cui necduz
preceptū ut videat ⁊ puideat hijs q̄
aptos oculos habētes nihil vidēt:
quid hic p̄sumē temptat. mi qr me
ditat in aia. et q̄si somnia vana se
tat? Cauea⁹ ab hoc vicio fres sem
per qđ in nob est. abiecti eligamus
esse ⁊ ad manus trahi māsuetudinē
et hūilitatē discētes a xp̄o dño: cui
est honor ⁊ gloria in secula seculo
rum amen.

Sermo secūdus vnde supra.

In purificatione B V. M.

Onuersus est hodie paul⁹: imo saul⁹ uersus est in paulū. Siquidem factus est tanq̄ euāgelicus ille puulus: de q̄ dns ait. Nisi uersi fueritis et efficiamini sicut paruulus iste: nō intrabitis in regnū celoꝝ. Forte enī seipsū dicebat. Nimirū ipse magnus dominus et laudabilis nimis: ipe paruulus q̄datus est nobis. Nec tamē magn⁹ interim sed puulus exhibeē: vt seipsū faciat gratū et efficax necessarie paruitatis exemplū. Ad paruulum ergo fit uersatō tua. vt discas paruulus esse: tu q̄z cū conuerteris paruul⁹ fias. Eminuero audi q̄z euidenter ipsum tibi in quo cōstituit formā cōuersionis paruulū manifestat. signanter ea que sunt paruuli in seipso imitanda ponēs. Discite a me inquit. quia mitis sū et humilis corde. Gemina paruitas: humilitas et manſuetudo. Et illa interior. ista exterior paruitas: vtraq̄ tamē nō paruavirtus est. Nempe q̄z paruulus ille tam magnus vnū magisteriū profiteē. Hodie ergo uersus est paulus: hodie desit esse saulus. Hodie factus est humilis et mitis corde Probat otis confessio cordis humiliatōem. dum clamat. Domine q̄d me vis facere? Magis autem probat ipa collata gratie magnitudo: que nimirū tam multa nisi multum humili data non fuit. Ceterū manſuetudo quoniā exterior quedaz vt diximus puitas et ob hoc manifestior est. tripliciter nobis in conuersione hac omendaē. Triplici quidem velut ariete manſuetudo nostra pulsaē: verboꝝ iniurijs. dampnis rerum: corporis lesione. In his tribꝰ omnis exhibitō pacientie: omnis exercitatō mānſuetudinis. Probata est illa virtus. quā nihil horum videē ocutere potuisse. Cōsiderare libet quēadmodū paulus sup hijs omnibꝰ in ipsa statim sua conuersiōe temptatus vere iam paulus inuentus sit: in hac parte vere mitis et patiēs. Saule saule q̄d me persequeris? Durum est tibi cōtra stimulum calcitrare. Durum est quidem verbum: verbum increpatorium plenum cōminatōne. Sane q̄d ad corpus pertinuit cōcussus est et prostratus in terra. An vero non damnoq̄ probatus est? Et valide. Siquidem ipsū a lumine ademptuz oculoꝝ et apertis vt scriptū est oculis nihil videbat. Expta ē in his tribꝰ exercitata patiētia iob: quē in hac vtute opiatissimū deꝰ exēplar dedit. Sed vestre hoc industrie reliquimus vestigandum. Sufficit nos monere formam vere conuersionis magna ex parte in hac manſuetudine constitutam: vt pudeat eos q̄ conuersi esse debuerant vel in corporum lesione vel in damno rerum vel quod magis indignū est in verboꝝ iniurijs inuenire peruersos penitꝰ et auersos.

In purificatōne beate marie sermo primus.

Odie templi dominum in templum domini virgo mater induxit: ioseph quoq̄ filiū domino non suum sed eius filium dilectum: in quo ei bene complacuit. Agnoscit iustus quem exspectabat: anna quoq̄ vidua confitetur. Ab his quatuor primo hodierna processio celebrata ē: q̄ postmodū exultatōe vniuerse ecclesie i oi loco ab oi gēte celebrare. Nec sane mirū si tunc pua fuit:

qñ quidē parū erat q̄ suscipiebaē
Nullū ibi locū peccator habuit: oēs
iusti. oēs sancti: omnes fuere pfecti.
Sed nunqd hos tātū saluabis dñe?
Crescat corpus: crescat t miseratō.
Hoies tiumēta saluabis dñe: cū mlt
tiplicaueris misericordiaz tuaz deus. In
scda iā pcessiōe preeūt turbe: turbe
secunē: nec virgo portat ꝫ asellus.
Nemmen itaq; dedignaē. nec ipsos
qui oputruerunt tanq̄z iumenta in
stercore suo. Non dedignaē inq̄z. ꝫ
si apostolica vestimenta nō desint: si
doctrina eoz. si mozz iusticia. si obe
dientia. si caritas cooperiat multi
tudinē peccatoz: ex hō iam pcessio
nis fue gsa nō censebit indignos.
Magis vero tipsam q̄ tā paucis col
lata videē: nobis q̄z ab ipso muemi
re est reseruatū. Qui dm reseruarz
posteris q̄z tpōgauit antiqs? Da
uid rex t ꝓpheta exultauit vt vide
ret diē istū: t vidit t gauisus ē. Ali
oquin si nō viderat: vñ psallebat?
Suscepimus inquit deus misericordiam
tuā i medio tēpli tui. Suscepit hāc
misericordiam dñi dauid: fuscepit symē
on. Suscepim⁹ t nos: et quicūq; fūt
pordinati advitā. Siquidem xps he
ri t hodie t in eternū. In medio eni
tēpli misericordia est. nō in angulo aut
diuersorio: quia non est psonaz ac
ceptō apud deū. In omuni posita ē:
offerē omnib⁹: et nemo expers: nisi
qui renuit. Diriuāē aque tue foras.
domine deus: misericordiam? fons tamē
tuus tibi ꝓprius est: t non bibit alie
nus ex eo. Qui tuus est non videbit
mortē donec viderit xp̄m dñi: vt se
curus dimittaē in pace. Quid ni di
mittaē in pace: q̄ xp̄m dñi hz in pe
ctore? Ipe est emm pax nr̄a: q̄ per
fidem habitat in cordibz nostris.
Tu quomō hinc exibis anima mi
sera: que ducez itineris ibe fū ignō
ras? Ignorantiā enim dei quidā ha
bent. Vñ ih̄s? Nempe q̄a luxvenit in
mūdū: t dilexerunt hoies magis te
nebras q̄z lucē. Et lux inquit in te
nebris lucet: t tenebre eā nō opre
henderūt. Ac si dicat. Et in plateis
diriuanē aq̄: et alienus nō bibit ex
eis. Et misericordia in medio tēpli est:
nec tamē accedunt q̄s manet etna
dānatio. Medius vestrū stat o mise
ri quē vos nescitis: vt moriētes an
teq̄z videritis xp̄m dñi non in pace
dimittamini: ꝫ potiꝰ rapiamini a ru
gientibz p̄paratis ad escā. Suscepi
mus deus misericordiam tuam: in medio
templi tui. Longe est hec gratiaz
actio a voce illa gemētis. Domie in
celo misericordia tua: t veritas tua vsq;
ad nubes. Quid eni? Videē ne tibi
in medio fuisse misericordia: cū apud so
los celigenas spūs habereē? At vbi
sane immoratus est xp̄s paulominꝰ
ab angelis. Factusq; est dei t homi
nū mediator: ac velut lapis angula
ris pacificauit. p sanguinē suū q̄ in
celis fūt t que sup terrā: ex hoc pla
ne iā suscepimus deus misericordiaz tuā
in medio tēpli tui. Eramꝰ eni t nos
natura filij ire: sed osecuti sumꝰ mi
sericordiaz. Cuius ire filij: t quā misericor
diam osecuti? Nempe filij ignorantie
ignauie captiuitatis: et cōsecuti su
mus sapiētiā. virtutez. redemptōez
Ignorātia mulieris seducte exceca
uerat nos: mollicies viri et abstra
cti t illecti a ꝓpria occupiscētia ener
uauerat nos: malicia dyaboli expo
sitos iuste a deo captiuauerat nos.
Sic ergo nascimur vniuersi: primū
quidem vle ciuitatis habitaculi pri
us ignari: dem de imbecilles t igna
ui: vt si nota nobis esset via vite p
pria tñ ꝓpedirem̄ t detinerem̄ iertia

In purificatione ℔ M: V: Sermo: 2.

postremo captiui sub pessimo crudelissimoq; tiranno: vt licz prudentes essemus atq; robusti: ipsa tamē miserere seruitutis opprimemur obitōe ℣Ūquid nō miscēdia ⁊ miseratōe mꝭta opus hz tanta miseria? Aut certe si iam salui sumus: ab hac triplici ira p xp̄m qui factus est nobis sapiētia a deo patre ⁊ iusticia ⁊ sanctificatō ⁊ redemptō: quanta nobis vigilantia opus est dilectissimi: ne forte qđ abfit inueniañ nostra nouissima peiora priorib; si denuo cōtimgat iram incedere: vtpote qui non natura iā sed ꝓpria volūtate filij ire fumus? Amplectamur itaq; miscēdiam quā in medio tēpli suscepimus: et cū beata anna non dimoueamur a tēplo. Tēplū enim dei sanctū est: qđ estis vos ait aplus. Prope ē hec miscēdia: ꝓpe est verbū in ore vestro: et in corde vestro. Demiq; in cordib; vestris p fidez habitat xp̄s. Hoc tēplū eius ⁊ hec sedes eius: nisi forte exadit vobis: q̄mā aīa iusti sedes sapiētie est. ℣Ō ꝙ frequenter imo et semp āmonere cupio fres meos. ob secro et nunc. ambulemus nō secūdū carnē in carne: ne displiceamus deo. ℣Ō fim⁹ amici huius seculi: ne dei odiuam⁹ inimici. Resistamus ꝙ dyabolo ⁊ fugiet a nobis: vt libere iam ambulem⁹ in spū: ⁊ in corde sit conuersatō nostra. Siquidem corpus qđ corrūpit aggrauat ⁊ eneruat ⁊ effeminat aīam: et terrena inhabitatō sensū multa cogitantē deprimit: vt ad celestia nō assurgat. Vñ et sapiētia huius mūdi stultitia est apud deū: ⁊a maligno qui superat: ei et seruus addicit. Porro in corde suscipit miscēdia: i corde habitat christus. in corde loquit pacē in plebez suā: et sup sanctos suos ⁊ in eos qui conuertunt ad cor.

Sermo secūdus vnde supra.

Ratias redēptori nr̄o qui tā copiose p̄uenit nos in benedictōib; dulcedinis: sacramentis inf̄ātie sue gaudia nostra multiplicās. Celebratis siquidem paulo āte natiuitate. circūcisiōe ⁊ apparitōne eius: festus hodie nobis oblatōnis eius dies illuxit. Hodie nanq; fistie creatori terre fructus sublimis: hodie placabilis ⁊ deo placens hostia virgineis manib; offert in tēplo: portaf a patrētib; a senib; exspectatur. Offerūt ioseph ⁊ maria sacrificiū laudis. sacrificiū matutinum: spemeon ⁊ anna suscipiūt. Ab his ꝙtuor celebrata pcessio est q̄ p quatuor orb̄ climata solēnib; hodie gaudijs ad memoriā reuocaf. Nuia ꝙ festiuā hodie ⁊ nosipsi p̄ter ceterarū consuetudinē solēnitatū acturi sumus pcessionem: nō mutile arbitror modū ipsius ordinē diligētius mtueri. Processuri sum⁹ bini ⁊ bini cā delas habētes i manib;: ipas q̄s fuc cēsas. nec quolibet igne: ꝙ qui pri⁹ in ecclesia sacerdotali bñdictōe fuerit consecratus. Ad hec futuri sūt in pcessiōe nostra nouissimi primi ⁊ primi nouissimi: ⁊ cantabim⁹ in vijs domini: quoniaz magna est gloria domini. Merito sane bini ⁊ bini pcedimus: sic enim ob cōmendatōez fraterne caritatis ⁊ socialis vite missos a saluatore discipulos euāgelia sacra testantur. Turbat processionem si qs solitarius incedere curat: nec sibi soli nocet: ꝙ etiaz ceteris est molestus. Dij sunt qui segregāt semetipsos animales spiritum nō habentes: nec sōlliciti sunt seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis.

Jā vero sicut nō est bonū esse homi-
nē solū: sic in cōspectu dñi vacuū ap
parere ꝓhibituꝫ · Cū enī arguanē
ociositatis ipsi q̄ꝫ q̄s nemo duxit:
q̄ iam oducti sūt si ociosi inuenti fu
erint quid merenē? Fides q̄ppe sine
operib⁹ mortua est· Jpsa denīq̄ os
pera nostra in feruore agēda sūt⁊
in desiderio cordis: vt sint lucne ar-
dentes in manib⁹ nostris· Alioquī
timendū est ne forte tepidos nos e-
uomere incipiat: qui in euāgelio lo
quiē dicēs· Jgnē veni mittē in ter-
rā: et quid volo nisi vt ardeat? Hic
plane sacer⁊ benedictus est ignis:
quē pat̄ sanctificauit⁊misit in mūs
dū: et cui benedicīē in ecclesijs sicut
scriptuꝫ est· Jn ecclesijs benedicite
dommo· Habet enī etiā aduersarī⁹
nostr vtpote puersus diu⁹ noꝫ ope
rū emulator· hꝫ inquā ignē suum⁊
ipe: ignē cupiscētie carnalis: ignē
inuidie⁊ambitōis: quē saluator in
nobis nō accēdere ꝫ extinguere ve-
nit· Denīq̄ si q̄s alienū hūc ignem
in diuino offerre pūpserit sacrifi
cō: etiā si patrē habeat aaron mo-
riet̄ in iniquitate sua· Porro sup ꝫ
que de socialivita⁊fraterna dilecti
one de bonis operib⁹⁊ feruore san-
cto dicta sūt humilitatis virtus ma
xima maximeq̄ necessaria ē: vt bo-
noꝛe puemamus inuicē: nec modo p
ores ꝫ ipsos iumores sibi quisq̄ p
ponat que nimirū humilitatis pfe-
ctio est⁊ iusticie plenitudo· Et q̄m
hylarē datorem diligit deus· et fru
ctus caritatis est gaudiū in spū san
cto: cantemus vt dictū est mvijs do
mini: qm̄ magna est gl̄a dñi· Can
temus dño canticū nouū: q̄a mira-
bilia fecit· Jn q̄b⁹ omīb⁹ si q̄s fortis
tan pficere dissimulat⁊ pficisci dev
tute m vtutē: noueris quisquis hu-
iusmodi est in statōe nō in pcessōe
se esse: imo vero⁊ regressione: q̄m aꝫ
inviavite nō pgredi regredi est: cū
nihil adhuc in eodē statu pmane-
at· Porro pfectus noster in eo cōsi
stit vt sepius dixisse me memini· vt
nūq̄ arbitremur nos apprehendis
se: ꝫ semp extēdamur ad anteriora
incessanē conemur in melius: vt im-
pfectū nostrū diume miserie obtu
tib⁹ iugiter exponamus·

Sermo terciusvnde supra·

Vrificatōeꝫ beate marie v̄-
ginis hodie celebram⁹: q̄ se
cūduꝫ legē mosi facta est transa-
ctis a natiuitate dñi quadragīta
dieb⁹· Jn lege enī scriptuꝫ erat· vt
mulier que suscepto semine pepissꝫ
filiū· immūda esset septē dieb⁹⁊ o-
ctauo die circūcideret̄ puer: tūc hic
ablutōi⁊ purificatōi intenta ab
stineret ab ingressu tēpli trīgīta
trib⁹ dieb⁹: quib⁹ expletis offerret
filiū dño cū muneribꝫ· Sꝫ q̄s nō ad
uertat in ipso sentētie huius mitio:
liberā matrē dñi ab hoc precepto?
Putas enī q̄a dicturus mosēs mu
lierē q̄ peperisset filiū immūdā esse·
nō timuerit sup matre dñi blasphe
mie crimē incurrere: ⁊ idcirco pmise
rit suscepto semie? Alioquī misi pa
riturā puidisset fine semme v̄ginez:
que necessitas erat de suscepto semi
ne fieri mentōeꝫ? Patet itaq̄ q̄ lex
ista matrē dñi nō meludit q̄ nō sū-
scepto semme filiū peperit sicut p̄d i
ctū fuerat p ihēremiā: q̄a nouū fa-
ceret dñs sup terrā· Queris q̄d no-
uum? Mulier inq̄t circūdabit viruꝫ
Nō ad alterovirovirū suscipiet: nō
humana lege cōcipiet hominē: sed
in travisceꝛa intacta⁊ integra virū

In purificationis B M. V. sermo 9.

claudet: ita sane vt intrante exeunte dño iuxta aliū pphetā porta orientalis clausa iugiter pseueret. Putas ergo nō poterat moueri animo eius et dicere: quid mihi opus ē purificatōne? Cur abstineā ab ingressu templi: cuius vterus nesciens virū templū factus ē spiritus sancti? Cur nō ingrediar tēplū: que pepi dominū tēpli? Nihil in hoc ceptu nihil in partu impurū fuit: nihil illicitū: nihil purgādū: mimirū cū ples ista fons puritatis sit et purgationē venerit facē delictorū. Quid in me legalis purificet obseruatio: que purissima facta fuz. ipo partu immaculato? Vere o beata virgo. vere nō habes causaz: nec tibi opus est purificatōe. Sed nūquid filio tuo opus erat circūcisione? Esto inter mulieres tāgē vna eaz: nā et filius tuus sic est in numero puerorz. Circūcidi voluit: et nō multomagis velit offerri? Offer filiū tuū virgo sacrata: et benedictū fructuz ventris tui dño repreſēta. Offer ad nostrā omniū reconciliatōez hostiā sanctaz. deo placentē. Oīmo acceptabit deus pater oblatōnē nouā et pciosissimā hostiā: de qua ipe ait. Hic ē filiꝰ meus dilectus: in quo mihi bene cōplacui. Sed oblatio ista fratres satis dilicata videtur. vbi tātū sistitur domino: redimitur auibz: et ilico reportatur. Veniet qñ non in templo offeretur: nec inter brachia sym eonis: sed extra ciuitatem inter brachia crucis. Veniet qñ nō redimeē alieno. sed alios redimet sanguine ppio: quia redemptionē eum misit deꝰ pater populo suo. Illud erit sacrificiū vespertinū: istud ē matutinū. Istud quidem iocūdius: sed illud plenius. Istud enī tempore naturitatis: illud iā in plenitudine etatis. De vtroq tamē potes accipere quod pphēta pdixit: oblatus est qz ipe voluit. Nam et modo oblatus ē nō quia opus habuit. nō quia sub legis edicto fuit. sed quia voluit: et in cruce nihilominus oblatus ē. nō qz meruit. nō quia iudeus potuit: ꝫ qz ipe voluit. Voluntarie sacrificabo tibi dñe: quia voluntarie oblatus es p mea salute: nō p tua necessitate. Sed quid fratres nos offerimus: aut quid retribuimus illi p oīb q retribuit nobis? Ille p nobis obtulit hostiā pciosiorez quā habuit: mimirū q pciosior esse non potuit. Et nos ergo faciamus qd possumus. optimū qd habemus offerētes illi: quod sumus vtiq nosmetipi. Ille seipz obtulit tu quis es q teipm offerre cūcteris? Quis mihi tribuat: ut oblationē meā dignetur maiestas tanta suscipere? Duo minuta habeo do mine: corpus et aiam dico: vtmā hec tibi pfecte possim in sacrificium laudis offerre. Bonū enī mihi longeq glorioſiꝰ atq vtilius est ut tibi magis offerar: ꝫ deserar mihi ipi. Nā ad meipm anima mea cōturbaē: in te vero exultabit spiritus meus: si tibi veraciter offeraē. Fratres morituro domino iudeus mortuas hostias offerebat: ꝫ iam nūc viuo ego dicit dñs nolo mortez peccatoris: ꝫ magis ut cōuertatur et viuat. Non vult dominus mortem meam. et nō libenter offeram vitam meā? Hec ē enī hostia placabilis: deo placēs hostia: hostia viua. Sed in oblatiōe illa dñe tres fuisse legūtur: et in oblatione nra tria nihilominus a domio requiruntur. Fuit in oblatione illa ioseph sponsus matris domini cuiꝰ filius putabatur: fuit et ipsa virgo

mater: et puer ihesus q̄ offerebat. Sit ergo⁊ in oblatione nostra constātia virilis: fit cōtrītia carnis: fit cōscientia hūilis. Sit inquā in ꝓposito pseuerādi animus virilis: fit in cōtrītia castitas vg malis: fit in cōscientia simplicitas et hūilitas puerilis.

In septuagesima sermo primus.

Magna mihi cōsalatio ē frēs mei in verbo illo dñi: q̄ elit ex deo vba dei audit. Propterea enī vos libētes auditis: q⁊ ex deo estis. Nec ignoro ꝙ alio in loco dicit scriptura. ex ipo et p ipm et in ipso sūt omnia: ꝫ multo aliter sunt ex eo qui scdz beati iohānis euāgeliū. nō ex voluntate carnis nati sūt: ꝫ ex deo. Vnde et inuenies ab eodez iohāne in epistola sua scriptuz. omnis q̄ natus ē ex deo nō peccat. ꝫ generatio celestis oseruat illū. Nō peccat inquit id est nō ꝓpeccat. nō pmanet in peccato: q⁊ cōseruat illum vtiq; ut pire nō possit ea que falli nō potest generatio celestis. Siue nō peccat id ē tantūdē est. ac si nō peccet: p eo scilicet ꝙ nō imputatur ei peccatū: generatio enī celestis etiā in hac parte oseruat illū. Sz generationē istaz quis enarrabit? Nuis pt dicere ego de electis sū. ego de p̄destinatis ad vitā: ego de numero filiorum? Nuis hec inquit dicere pt reclamante nimirū scriptura: nescit homo si sit dignus amore an odio? Certitudinez vtiq; nō habemus: ꝫ spei fiducia osolatur nos: ne dubitatōis huius anxietate penitus cruciemur. Propter hoc data sūt signa q̄dam et indicia manifesta salutis: ut indubitabile sit euz esse de numero electorum: in quo ea signa ꝓmāserint. Propter hoc inquit quos p̄sciuit deus⁊ p̄destinauit conformes fieri imaginis filij sui: ut quibus certitudinē negat causa sollicitudinis: vel fiducia prestet gratia cōsolationis. Hoc enī est vñ semp sollicite et in timore et tremore hūiliemur. ne cesse ē sub potēti manu dei: quomaz q̄les sumus nosse possumus vel ex parte: q̄les autez futuri sumus id nosse penitus nobis impossibile ē. Ita qui stat videat ne cadat: et in ea forma q̄ salutis indiciū ē et argumētuz p̄destinationis: pseueret atq; ꝓficiat Porro inter ea q̄ fiducia prestāt et materia spei: vnū illud maximū est de quo nūc cepimus loqui: q̄ ē ex deo verba dei audit. Nonnullos enim fit interdū audiētes mueies. ac si nihil omnino ad eos ptineāt q̄ dicuntur: nō intrare cor suū. nō discutere mores suos: non cogitare ne forte qđ audiūt dictū sit ꝓp̄ eos. Magis aūt si forte sermo dei viuus et efficax q̄ suos nō eius q̄ loquit arbitrio fertur quocūq; voluerit: si inq; manifeste aduersus vicia illa ꝓcesserit q̄. bo sese illi sentiūt obligatos dissimulant et auertūt oculos cordis: aut q̄libet admuētione palliāt vicia. et seducunt miseri semetipos. In his ergo salutis signa nō video: magis aūt vereor. ne forte ꝓterea nō audiāt vbū dei: q⁊ non sūt ipsi ex deo. In vobis fratres gr̄as deo vere muemio aures audiēdi: mirū cum in emēdatione vr̄a fine mora appareat fructus verbi: ꝫ etiā interloquē dū fateor nonnūq; sentire mihi vide or feruorē studij vestri. Eteni quanto abūdātius fugitis tanto āplius repletur vera virtus spūs sancti: ⁊ tāto copiosius datur qđ ꝓpmēr vobis: q̄nto citius qđ ꝓpmatur hauristis. Propterea sepius loquor vobis. etiā

In septuagesima

preter cōsuetūdinez dīuinis nostris: scio enī quī dixerit·si qđ superoga ueris·cū rediero reddā tibi· Initiū septuagesime fres hodie celebrat: cuius nomē in vniuersa ecclesia celebre satis habetur· Jamvero dico vobis carissimi: qz plurimuz in hoc nomie cōpatior mihiipi· Cōmouee enī intra me spīritus meus spirās mirū ad patriā illā: in qua nec numerus est in mensura nec pondus· Quādo enī in pondere et mēsura et numerovniuersa coporis tr aie bona recipio ? Quāti mercēnariī in domo patris mei abūdant panibus? Ego aūt hic fame pereo· Nam de corporali cito ad adā dictuz est et puenit vsqz ad me: in sudore vultus tui vescēris pane tuo· Sz et cū laborauero panis datur mihi in pondere: potꝰ in mēsura: pulmenta in numero· Et de corporali qđem sic· Quid vero de spūali ? Vtiqz anteqꝫ comedā suspiro: atqz vtinā cū suspirauero et fleuero vel fragmētū exiguum merear de celesti cōuiuio: et tāqꝫ catellus edā de micis q cadūt de mēsa dñoz suoz· O iherusalē ciuitas regis magni q te ex adipe frumēti satiat et quā fluminis impetus letificat: in te nec pondus vtiqz nec mēsura: ꝫ satietas ē et affluētia sūma· Sed nec habes numeruz: quippe cuius pticipatio eius inidipm· Ego vero q totus sum in vicissitudine et numero: quādo veniam ad vnā illā quā req ro ? Quādo satiabor apparēte gloria tua dñe ? Quādo inebriabor ab vbertate domus tue: et torrēte voluptatis tue qñ potabis me ? Nūc enī tam exigua sūt stillicidia stillātia super terrā: ut nec glutire quidem possim saliuā meā· Sic oīmo fic verū ē fratres: qñ modo oīa dātur in pondere et mēsura et numero: ꝫ veniet dies qñ omnia fūt cessatura· Nā de numero quidē legimꝰ: qm sapiētie illius nō est numerus· Et alio in loco apud eūdē ꝓphetā: delectatōnes in dextera tua vsqz in finē· Audi etiam apud apm pondus sine ponderē· Supra modū inquit in sublimitate eternū pondus glorie· Audi pondus eternū: ꝫ attende quia pmiserit sup modū· Sic et xpm audio mēsurā sine mēsura pmittētē: mensurā inquit confertā et coagitatā et superefluētez· Sz qñ venient ista ? Profecto in fine pūtis septuagesime: qđ est tempus captiuitatis nostre· Sic enī legimus q captiui a babilonijs filij israhel terminū acceperūt annorū septuagīta: quibz trāsactis redierūt in sua: cū instauratū ē tēplū et ciuitas reedificata· At vero captiuitas nostra fratres qñ finiet: q tot annis ab initio vtiqz mūdi ptēditur ? Qñ liberabimur a seruitute ista ? Quando restaurabitur iherusalem ciuitas sancta ? Vtiqz opleta hac septuagesima· q ex denario et septenario cōstat· ꝓpter decē mādata que accepimus· et septē impedimēta quibz a mādatorū obedientia retardamur· Primū enī impedimētū nostrū et occupatio grauis· ē ipa necessitas huius miseri corpozis Quod dū modo somnū· modo cibuz modo vestē· ceteraqz similia querit: haud dubiū quin frequenter impediat nos ab exercitio spūali· Secūdo loco impediūt nos vicia cordis· ut ē leuitas· suspitio· impaciētie aut inuidie motꝰ· laudis appetitus ꝛ similia: q quotidie expimur in nobis· Terciū ꝛ quartū impedimētū accipe ꝓsperitatē huius seculi et aduersitatē· Sicut enī corpus qđ corrūpit

aggrauat animaz: sic deprimit etiam terrena inhabitatō sensū multa cogitantem. Vtrimqz ergo caue a laqueo temptatōis: et q̄re arma iustitie a dextris ⁊ a sinistris. Num tū impedimentū grauissimū et piculosissimū ignorantia nostra est. In multis enī omnino incertum habemus quid agere debeam9: ita ut qđ oremus sicut oportet nesciam9. Sex tū impedimentū est aduersarius noster: q̄ tā℈ leo rugiēs circuit quērēs quē deuoret. Atqz vtinā in istis sex tribulatōibz liberarem̄: ut vel in septima nō tāgeret nos malū: nec aprehenderet nos piculum in falsis frībus. Vtinā soli impugnarēt nos maligni spūs cū suggestioibz suis. et nihil nocerēt homines pniciosis exemplis. pstuasionibz importunis. sermonibz adulationis vel detractionis: atqz alijs mille modis. Videtis certe ℈ necessariū sit. ut aduersus hec septē picula quibz impedimur. septiformis spūs sancti auxilio subleuemur. Pro hijs enī septem quibz ab obseruātia decalogi retardam̄: in luctu penitētie septuagesima presens agitur. Vnde ⁊ reticet interim alleluia solēne: et humane trāsgressionis historia miserabilis ab exordio recensetur.

Sermo. ij. vnde supra.

Amisit deus soporē in adaz Immisit et in seipm factus mimirū secūdus adā: ℈ est distātia forte nō pua. Ille enī soporatus videtur p̄ nimietate otēplatōis et excessu: xp̄us miseratōis affectu: ut in illū soporez immiserit veritas: in hūc caritas: cuz vtraqz sit dns. Ait enī iohānes euāgelista. Deus caritas est. Et ipe dominus. Ego sū via veritas et vita. Sane soporē xp̄i solius caritatis fuisse nemo dubitat. vel noietenus xp̄anus. Siquidē accubuit ut leo. nō victus plane ℈ victor: potestate ꝓpria ponēs aīmaz: somnū mortis excipiēs ꝓpria voluntate. Ceterū qualis ⁊ ille sopor dicēdus sit fuisse vel credēdus quē dns immisit in adā. in quo fine sensu omnino doloris in mulierē edificādam costa sublata est de latere dormientis: mihi quidē nō nisi incōmutabilis veritatis intuitu et abisso diuine sapiētie corporeis excedēs sensibus obdormisse videt̄. qđ ex eius verbis vel maxime comici p̄t. Rediēs mimirū indicat quo abisset: dū tā℈ ebrius de cella vinaria veniens ⁊ eructuans illud magnū sacramētū qđ tāto post in xp̄o in ecclesia ap̄lus ꝺmēdat: hoc nūc inquit os ex ossibus meis. Et ꝓpter hoc inquit reliquet homo patrē et matrē: et adherebit vxori sue et erūt duo in carne vna. An tibi penitus obdormisse videtur qui in hāc vocē excitatus erupit: et non magis dicere potuisse. ego dormio et cor meū vigilat? Verū id q̄dem fine p̄iudicio dixerim. si cui fortе aliter visum fuerit: maxime si qđ aliud in sanctoꝝ pagīis inuenitur Neqz enī cōmunē arbitror fuisse soporē aut nr̄is similē somnis: q̄s nec cōtēplatiōis excessu. nec miseratōis affectu. ℈ infirmitatis defectus immittit: quos nec veritas nec caritas ℈ necessitas parit. Graue siquidez iugū sup filios adā. Non autez in p̄ncipio sup adam: ℈ nunc iā sup filios eius. Quid nō graue miseris: quibz et viuere labor est? Quibus ⁊ quod pauci videtur aduertere. sentire penitus nemo. ipe quoqz sensualitatis

In quadragesima

vſus mueniē oneri: adeo vt nēque-
at ſuſtineri niſi alterna requie foue
anē. Quid non labor & dolor & affli-
ctio ſpūs ex oīb⁹ que ſub ſole ſunt
quādo & illud ei grauiſſimū eſt q̄ po-
tiſſimū delectat. vegetatio ſcz & ſen
ſificatio carnis? Nimirū q̄z fit ei dul
ce & ſortiū. triſte diuorcium manife-
ſtat: dū vix tandem auelli poteſt: dū
corrupto ipſa corporis pen⁹ into-
lerabilis eſt vegetāti. Sane nō ſim-
pliciter corpus ſed corpus q̄ō cor-
rumpiē aggrauat aīam: vt immus
nem ab hoc grauamine primi pa-
rentis aīam noueris extitiſſe: donec
adhuc corpus gereret incorruptū.
Nimirū in libertate poſuit eū deus:
vt inter ſūma & infima verſans & il
la excederet ſine difficultate: & ad
hec ſine illecebra aut neceſſitate de-
ſcenderet: illa penetrās naturali vi-
uacitate & puritate mentis: hec au-
ctoritate diiudicās preſidentis. De-
mīq̄ adducta ſunt aialia ad adam.
vt videret quid vocaret ea: non ipſe
aliqua curioſitate ductus eſt vt vi-
deret ea. Non ſic in nobis libera ra-
tio: ſed vndiq̄ ei luctandum eſt. Sic
enim & ab infimis viſco quodaz ca-
ptiua tenē & a ſūmis indigna re-
pellē: vt nec ab hīs ſine dolore poſ
ſit auelli: nec ad illa ſine magno ge
mitu vel raro queat admitti. Ome
nempe vim faciūt qui querūt aīam
meā: vt clamare neceſſe ſit. Infelix
ego homo: quis me liberabit de cor
pore mortis huius? Vnde priuſq̄
comedā ſuſpiro: quia regnū celoꝝ
vim patiē: & violenti rapiunt illud.
Nihilominus tamē et illic vnitas &
hic tenēda diuiſio eſt: ſicut & adam
ſopiatus eſt in otē platōe: & aialia
nominū impoſitōe diſcreuit. Sic mi-
mirū ſic & abrahaz in ſacrificio non
quidez volatilia ſed animalia legit
diuiſiſſe. Et martha erga mīa tur
bat: cū vnū ſit neceſſariū. Neceſſa-
riū plane vnū & maxie neceſſariū: q̄.
mā hec pars optima que non aufe
ret. Ceſſabit diuiſio cū venerit ple-
nitudo: & erit totius ſancte ciuitatis
ihrlm participatio indiuiſū. Inte-
rim ſpūs ſapiētie non modo vnicus
ſz et multiplex eſt: interiora quidez
in vnitate ſolidās: ſz ſub iudicio ex-
teriora diſtinguēs. Vtrūq̄ tibi in
primitiua eccleſia omēdat: quando
multitudinis credētiū erat cor vnū
et anima vna. ne volatilia ſcinderen
tur: diuidebat aūt ſingulis put cui-
q̄ opus erat vt aialia ſecarenē. Sit
igiē etiam in nobis cariſſimi vnitas
animoꝝ: vnita ſint corda. diligens
do vnū querēdo vnū. adherēdo vni:
et idipſum inuicē ſentiēdo. Sic inti
rū exterior ipſa diuiſio & euadit pi-
culū & ſcādalū non incurrit: dū vi de
licet & ſi ꝓpria cuiq̄ tolerantia ꝓpria
q̄ nonnunq̄ in terrenis agēdis ſē-
tentia: ſz & diuerſa interdū dona ḡ-
tiarū: nec mēbra oīa actū eundez
videnē habere: vnitas tamē interi-
or & vnanimitas ipſam quoq̄ multi
plicitatē colligat & cōſtringat cari
tatis glutino & vinculo pacis.

De quadragesima ſmo ꝑm⁹.

Obie dilectiſſimi ſacrū q̄
dragesime tpus ingredi-
mur: tēpus militie xp̄ia-
ne. Nō nobis ſingularis eſt hec ob
ſeruatio: vna omnium eſt quicunq̄
in eandem fidei quemuntvnitatem.
Quid mi omune ſit xp̄i ieiumū oīm
bus xp̄ianis? Quid mi caput ſuū mē
bra ſequanē? Si bona ſuſcepim⁹ ab
hoc capite: mala aūt q̄ze nō ſuſtine-

aimus? An re ſpuẽ triſtia volum⁹: ⁊ ꝯmunicare iocũdis? Si ita eſt: indignos noſ capitis hui⁹ ꝑticipatõe ꝑdamus. Omne enim qđ patiẽ ille. ꝓ nobis ẽ. ℳ ſi in ope ſalutis noſtre ea collaborare piget: in q̃ deinceps coadiutores nos exhibebimus illi? ℳon eſt magnus ſi ieiunet cũ xp̃o: qui ſeſſurus eſt ad mẽſaz patris cũ ipſo. ℳõ eſt magnũ ſi opatitur mẽbrũ capiti: cũ quo ⁊ glorificãdũ eſt. ℱelix mẽbrũ qđ huic adhęſerit per oñia capiti: ⁊ ſequeẽ illud quocunqz ierit. Alioq̃n ſi forte abſcidi ſeparariqz otigat: priueẽ ſtatim neceſſe eſt etiã ſpũ vite. ℳuecunqz enĩ portio capiti nõ coheret: vnde ei iã ſenſus aut vita? ℳec ſane deerit qui expoſitã occupet: vt ne tũc quidem ſit abſqz capite. Germinabit rurſũ radix amaritudinis: venenatuz caput iterũ pullulabit. Illud mq̃ caput. qđ in eo cõtriuerat ante fortis mulier mater eccleſia. Dico aũt qñ per eam regnatur⁹ eſt in ſpẽ vite: quẽ natura filiũ ire mater carnalis ediderat. Videbit ergo iam ſi fuerit q̃ reuelatos habeat oculos cordis. et ſpecialiter intueaẽ horrendũ omnino monſtrũ: corpus quidem hois caput aũt demonis habens. ℳõ ſolum aũt ꝫ etiaz erũt nouiſſima hois illius peiora prioribꝰ: cũ vipereũ illud caput qđ prius fuerat amputatũ non abſqz ſeptẽ nequioribꝰ ſe reuertaẽ. ℳuis nõ ſolo otremiſcat auditu? Tollens membrũ xp̃i: faciam mẽbrum demonioz? Abſciſus aũt a corpore xp̃i: ſathane miſer incorporabor? Sit ꝓcul a nobis ſemp execranda iſta omutatio frẽs mei. Mihi oñino adhęrere tibi bonuz ẽ o caput glorioſũ ⁊ benedictũ in ſecula: in quo⁊ angeli ꝓſpicere ocupiſcunt. Sequar te quocũqz ieris. Si tranſieris p ignẽ non euellar a te: nõ timebo mala quoniã tu mecũ es. Tu dolores meos portas ⁊ p me doles: tu prius tranſis per anguſtum paſſionis foramẽ: vt latũ p̃beas ſequẽtibꝰ mẽbris ingreſſũ. ℳuis nos ſeparabit a caritate xp̃i? Ipſa enĩ eſt p quã omne corpus p nexum et iuncturas creſcit. Hoc glutinũ bonum: cuius meminit yſaias. Hec per quã bonũ eſt ⁊ iocũdũ habitare fratres in vnũ. Hocvng ẽtũ qđ deſcendit a capite in barbaz: a capite deſcẽdit ⁊ in oram veſtimenti: vt ne minima quidem fimbria careat vnctõne. In capite ſiquidem plenitudo gratiaz de qua accipim⁹ oñes: in capite vniuerſitas miſeratõis: in capite hexhauſt⁹ fons pietatis diuinme: capite affluentia tota ſpũalis vngẽti: ſicut ſcriptum eſt. Vnxit te deus deus tuus oleo leticie p participibꝰ tuis. Ipſũ tamẽ quod tam copioſe pater vnxerat caput: maria q̃z vngere nõ vereẽ. Calũmãtur quidẽ diſcipuli: ꝫ reſpondet veritas pro ea: q̃a bonũ opus fit operata. Demiqz et nobis hodie quid p̃cipit in euãgelio? Tu mq̃t cũ ieiunaueris: vnge caput tuũ. Mira dignatio. Spiritus dñi ſup eũ. eo q̃ vnxerit eũ: ⁊ michi lominus tamẽ euãgeliſans pauperibꝰ ait. Vnge caput tuũ. Complacz ſibi pater in filio: et dũ vox ſonat in ethẽ: deſcẽdit ſpũs in columba. Putatis frẽs q⁊ criſti baptiſmo criſma defuerit? Manet dñi ſpũs ſup ip̃m ⁊ vnctũ ab eo q̃ſ dubitz? Dic ẽ filio⁹ me⁹ dilect⁹: in q̃ mihi bñplacuit. Hec plane ſpũal vngẽti fraglãtia ẽ. Vnxit p̃ filiũ p̃ participibꝰ ſuis: in q̃ p̃ ceteris ſingulariſ placet ſibi. P̃r enĩ diligit filiũ

Jn. quadragesima

affectu vtiq; diuino ⁊ inexpto oīi creature. Vnxit mg̃r p̄ ptícipibus suis: accumulās sup eū vniuersa crís mata benignitatis. mā suetudinis. et suauitatis: abūdātius eū replēs viscerib⁹ misericordie ⁊ miseratōis. Vn ctū demiq; misit ad nos: quē nobis exhibuit plenū gr̃e ⁊ miseratōis. Sic vnctū a patre est caput nostrū: et mihi lominus vngi postulat ⁊ a nobis. Cū ieiunaueris mḡt: vnge caput tuū. Itane aquā petit a riuulo fons indeficiens? Petit sine dubio: aut certe repetit magis: ad fontem enim vñ exeūt flumina reuertunt. vt iterū fluant. Nō vero vt minus hñs quod dederat xp̄us repetit: ⁊ ne tibi pereat. quicq̄d ad eū referre volueris. Si quidē etiā flumis aqua fi stare ceperit ⁊ ipsa putrescet: et inundatōe facta supuenies repellet. Sic plane. sic gratia q̄ cessat decursus vbi recursus nō fuerit: nec mō mihi augebit ingrato: ⁊ q̄d⁹ accepat vertit ei in pniciē. Fidelis aūt in modico: censebit dignus munere ampliori. Vnge igit caput tuū. refundēs in eū qui supra te est q̄cq̄d in te est deuotōis: quicq̄d delectatōis: quic quid affectōis. Vnge igit caput tuū. vt si q̄ in te est gr̃a referat ad ipsū: nec tuā queras gl̃am. ⁊ ipsius Vngit enī xp̄s: qui bonus eiꝰ odor est in oīi loco. Memēto sane adul sus ypocritas hūc p̄cessisse sermonē. Nolite mḡt fieri sic ypocrite tristes. Nō ommimodā nobis tristiciā interdicit: ⁊ q̄ in facie est corax hoi bus. Alioquin cor sapiētis vbi tristicia: ⁊ paulū q̄z discipulos otristasse nō piget: p eo q̄ otristati sūt ad salutē. Nō est talis tristicia ypocritarū: non in corde ⁊ in facie est. Exterminant enī facies suas. Nota p̄inde q̄ nō dixerit nolite esse sicut ypocri te tristes: ⁊ nolite fieri. hꝰ est fingi. Sic quippe vulgo dicit. tristē se facit aut magnificat se et qui beatificat te in errorē te adducit: ⁊ similia q̄ simulatōis sūt. non veritatis. Tu autē cū ieiunaueris vnge caput tuum: et faciē tuā laua. Exterminat illi faciem: tu aūt lauare iuberis. Est autē facies. q̄ in facie est oversatio. Hāc fidelis xp̄i seruus lauat: ne qd offendiculū p̄beat intuēti: ypocrita magis extermināt: dū singularia magis ⁊ inusitata sectat. Sz nec caput vngit cuius affectio elōgat a xp̄o et vanis fauoribus delectat. Vngit potiꝰ semetipsū: vt q̄rie fragilitā opmionis respergat. Aut certe quia manifestuz est non esse caput ypocrite xp̄m: nec suū tamē q̄lecūq; caput vngere potest: cuius mens non q̄rio testimonio conscientie. sed adulatōibus demulcetur. Date nobis aūt fatue virgines de oleo vestro. Cur hꝰ? Quia in vasis suis oleū non hñt. Sed nō est prudentiū huiuscemodi oleū dare. Nō enī sibi fieri nolunt: q̄n ipsi faciūt alijs? Audi vero ꝓphetā: cui incerta ⁊ occulta sapiētie sue reuelauerat deus. Oleū mḡt peccatoris nō impinguet caput meum. Emūt oleū istud ypocrite: sicut ait dñs. Amē dico vobis: receperūt mercedem suā. Exterminat enī facies suas: vt appareant ieiunātes. Vides q̄ breui sermone ypocritas ⁊ singularitatis notat ⁊ arguit vanitatis? Vide etiā q̄ paucis ⁊ coram deo suadeat bona. ⁊ coram hominib⁹ p̄uidere. Vnge caput tuū: faciē tuā laua hoc est sic te irreprehensibilē foris exhibe: vt diuinā tibi reconciliare studeas gratiā: et añ oculos humanos nō q̄riā queras gl̃am sed auctoris

Potest tñ aliō mō lota facies ꝺsci
entia pura: & vnctū caput intelligi
mēs deuota. Mō si ib ꝓbas. aduer-
sus duplex vicium ꝙd maxime solēt
appetere ieiunātes: ls duo verba ab
lutōnis & vnctōis dicta videnē. Alij
enī ieiunat studio vanitatis: & huic
ōr facies tua laua. Alius ieiunat cū
impaciētia & rancore: & huic opꝰ est
vt caput vngat. Est ām caput istud
mēs interior. q̄ vngiē in ieiunio: cū
ſpūaliter delectaē in eo. An vero ti
bi nouū videē vt dicamus caput vn-
gi ieiunio? Ego plus dico: etiā im-
piguaē. Nunquā ne legisti qđ scri-
ptū est vt alat eos in fame? Est g̃
ieiumū cor: potis capitis vnctio: & ca-
nis media refectio cordis. Quid si
dixerim vnctōes: q̄s medeē vlneribꝰ.
et exasperatas ꝺsci entias lenit? E-
mat igiē ypocrita ieiunio suo oleū
peccatoris: ego meū interim nō ven
do ieiumū: & ipsū mihi oleū est q̄ vn
gar. Vnge inquit caput tuū: ne ꝙd
forte murmuris aut impaciētie sub
eat. Nō solū aūt ſz & gloriare in tri-
bulatōe: sic ait apls. Gſare in g̃. ſz
abſq; omni studio vanitatis: vt sit
etiā facies mūda ab oleo pcōris.

Sermo secūdus vnde supra.

Onuertimi ad me in toto
corde vr̄o: in ieiunio & fle-
tu & plāctu: & scindite cor
da vr̄a & nō vestimēta vr̄a: ait ds̄
oīpotēs. Quid sibi vult dilectissi-
mi g̃ p̄cipit ds̄ vt ouertam ad eū?
Vbiq; enī est & replet oīa: & nihil
omnus oplectiē vniuersa. Qua me
vertā: ouertar ad te ds̄ deus meꝰ?
Si ascendero in celū tu illic es: si de-
scendero in infernū ades. Quid iu-
bes q̄ ouertar ad te. supra an ifra:
ad dextrā an ad sinistrā? Cōsilium
istud est frēs mei: secretū est qđ so
lis credaē amicis. Misterium regni
dei est: apls reuelaē in aure: nā tur
bis nihil ōr absq; parabola. Nisi cō
uersi fueritis & efficiami sic̄ puulus
iste: nō intrabitis in regnū celoꝝ.
Agnosce plane. q̄ velit vt ouertam̃
Ad paruulū ouerti necesse ē: vt dis-
camus ab eo q: mitis est & humilis
corde. Ad hoc fiq̄dem paruulꝰ datꝰ
est nobis. Sane idem & magnus est:
ſz in ciuitate dn̄i. cui & ōr. Exulta et
lauda habitatō syon: q: magnꝰ in
medio tui sanctus israhel. Quid tu
inflaris o homo? Quid extolleris si-
ne causa? Quid alta sapis. & oculi
tui omne sublime vident: qđ tibi nō
cedet in bonū? Sublimis q̄dem dn̄s:
ſz nō ita ꝓmit tibi. Laudabilis ma
gnitudo illius: nō etiam imitabilis.
Eleuata est magnificentia illius: &
nō poteris ad eā. Nec si te rupis ap
prehendes. Accedet inq̄t homo ad
cor altū: & exaltabiē deus. Excelsus
siquidem dn̄s & humilia respicit: & al
ta a lōge ognoscit. Nūiliare: & ap-
prehēdisti. Nec plane lex pietatis:
et ꝓpter hāc legē fustimui te dn̄e. Si
forte sublimitatis esset via ꝓposita
et illic iter q̄ ostēderē salutare dei:
quāta facerēt hoīes vt exaltarent?
Qua crudeliē muicē sternerēt mui-
cē oculcarent: g̃ impudent reperēt
mambusq; & pedibꝰ conarent in al-
tū. vt imponerēt sese hoīes sup ca-
pita aliena? Et certe q̄ ostēdit sup-
gredi ꝓximos multas inueniet dif
ficultates: mltos habebit emulos.
multos pacieē otradictores: ascē-
dentes equidez ex aduerso. Nihil ve
ro facili? est volenti: g̃ hūiliare se
metipsū. Hoc verbū est dilectissimi
qđ oīmo nos reddit iexcusabiles:

In quadragesima Sermo 2.

vt ne tenue quidem nobis velamē p̄tendē liceat. Sz iā ad hunc paruulū ad māsuetudinis z humilitatis magistrū. q̄ nā mō ouerti necesse sit videamus. Cōuertimini inquit ad me in toto corde vro. Frēs si dixisset conuertimini. nihil addēs: esset vobis forsitan libere respōdere. Factū est iā: aliud ꝓpone mandatū. Nūc aūt spiritualis vt audio cōuersiōis nos admonet. q̄ nō vna die pficiē: vtinā vel in oīi vita q̄ degimus in hō corpore valeat cōsumari. Corporis nanq; cōuersio si sola fuerit: nulla erit. Forma siquidē; conuersiōis est ista nō est veritas: vacuā virtute gerēs speciē pietatis. Miser homo q̄ totus pgēs in ea q̄ foris sunt z ignarus interiorū suoꝝ: putās se aliq̄d esse cū nihil sit: ipe se seducit. Sic aq̄ effusꝰ fū ait psalmista in pson hois huiusce modi: z dispersa sūt oīa ossa mea Et alius q̄dem ꝓpheta: comederunt inquit alieni robur eius: et ignorauit. Exteriorē quippe superficiē intuens salua sibi oīa suspicat: nō sentiēs vermē occultū q̄ interiora corrodit. Manet tōsura vestis nec nō mutata est: ieiuniorꝝ regula custodit: statutis psallit hoīs: ꝫ cor lōge est a me dicit dns. Attēde sollerter q̄d diligas q̄d metuas vnde gaudeas aut otristeris: z sub habitu religionis animū sectarē. sub pānis ouersionis muenies cor puersū. Totus enī cor in his q̄ tuor affectōibꝰ ē: et de his accipiēdū puto q̄d dicit. vt in toto corde tuo cōuertaris ad dnm. Cōuertat ꝑinde amor tuus. vt nihil oīmno diligas nisi ipsum: aut certe ꝓpter ipsū. Conuertat etiā ad ipsū timor tuus: q; puersus est timor ois q̄ metuis aliquid ꝓter eū aut nō ꝓpter eū. Sic z gaudiū tuū z tristicia. eque ouertat ad ipsū. Hoc aūt ita fiet: si nō nisi secūdū eū doleas aut leteris. Quid enī peruersius magis q̄ letari cum malefeceris: et in rebus pessimis exultare? Sed tea q̄ que sēcūdū carnē est tristicia mortez operat. Si p tuo siue p ꝓximi peccato doles benefacis: z hec tristicia est ad salutē. Si gaudeas ad munera gratie: hoc gaudiū sanctū est z securū: gaudiū in spū sancto. Debes enī in dilectōne xpi fraternis cōgaudere ꝓsperitatibꝰ z aduersitatibꝰ dolere sic scriptū est. Gaudere cū gaudentibꝰ flere cū flentibꝰ. Verum ne ipsa corporalis quidem est pensenda ouersio: q̄a spiritalis huius ammiculū nosci esse non paruū. Inde est q̄ in loco hoc dns cū dixisset in toto corde: adiunxit ꝓtinꝰ in ieiunio. q̄d vtiq; corporis est. Volo tamē āmonitos esse frēs meos obseruandū illud non ab escis tantū ꝫ ab oīibꝰ illecebris carnis z vniuersa corporis voluptate. Imo vero ieiunandū lōge amplius a vicijs q̄ a cibis. Sed est panis a q̄ vos ieiunare nolo ne forte deficiatis in via: et si nescitis. panē dico lacrimarū. Seq̄tur enī. In ieiunio fletu et plāctu. Exigit enim planctum a nobis pemtētia preterite conuersatōnis: exigit fletū desideriū future beatitudinis. Facte sūt mihi lacrime mee panes die ac nocte ait ꝓpheta: cum dicit mihi quotidie vbi est deus tuus. Parum ei placet huius vite nouitas que necdū vetera plāgit: necdū plangit admissa peccata: necdum plangit tempus amissum. Si non plangis: plane nō sentis anime vulnera conscientie lesionem. Sed nec futura satis gaudia concupiscis: si nō quotidie postulas ea cū lacrimis

Min⁹ ẽibi nota fũt ſi nõ renuit oſõ lari aĩa tua donec veniãt. Addit de inde ꝓpheta. Et ſcindite corda vra: et nõ veſtimẽta vra. Quibꝰ vbis manifeſte prior ille ꝓphus iudeoꝝ tumicie cordis ⁊ vane ſuperſtitiõis arguitur. Crebra ſiquidẽ apud eos ſciſſio veſtiũ ꝙ nõ cordiũ eſſe ſolebat. Nõ eni ſcinderent corda lapidea: ꝙ non poterãt nec circũcidi? Scindite inquit corda vra ⁊ nõ veſtimẽta vra. Quis in vobis eſt cuius vlũtas circa vnũ aliqd ſolet obſtinatior inueniri. Scidat cor ſuũ gladio ſpũs qd eſt verbũ dei: ſcindat illud: ⁊ in mortas minutias feſtinet diſperiri. Alioquin nõ eſt ouerti ad dñm in toto corde: niſi ſciſſo corde. Donec eni illã vnã accipias in iheruſalez cuius eſt participatio in id ipm. mſta interim tibi ꝑcipiunẽ: ⁊ ſi in vno offẽdis. factus es omniũ reus. Spus dñi multiplex ait ſapiẽs: nec potes ſeq multiplicẽ ſine multiplici ſciſſione. Audi deniq hoiem. quẽ ſecũdũ cor ſuũ inuenerat deus. Paratum inqt cor meũ deus; paratũ cor meũ. Paratũ ad aduerſa. paratũ ad ꝓſpera; paratũ ad humilia paratuz ad ſublimia; paratũ ad vniuſa quecũq ꝑcepis. Vis paſtorẽ ouiũ facẽ. vis inſtituẽ regẽ ꝓphoꝝ: paratũ cor meum deus: paratuz cor meũ. Quis vt dauid fidelis ingrediẽs ⁊ egrediẽs; et ꝓgens ad imperiũ regis? Et dicebat de peccatoribꝰ. Coagulatũ eſt ſicut lac cor eoꝝ: ego vero legẽ tuã meditatus ſũ. Inde eni cordis duricia. inde mẽtis obſtinatio: qr meditaf̃ qs nõ legẽ dñi: ſ ꝓriã vlũtatẽ. Scindam⁹ itaq corda nra dilectiſſimi; qtenus integra ꝓinde veſtimẽta ſeruemus. Veſtes eni noſtre virtutes ſunt. Bona veſtis caritas; bona veſtis obediẽtia eſt. Beatus q cuſtodit veſtimẽta hec: vt nõ ambulet nud⁹. Deniq beati q̃rũ tecta ſũt peccata: etenĩ caritas operit multitudinẽ peccatoꝝ. Scindam⁹ corda ſiẽ ꝓdictũ eſt vt hꝫ veſtimẽta integra ſuem⁹: quẽadmodũ integra ſuata eſt tunica ſaluatoris. Nec mõ integrã ſuat veſtẽ ſciſſio cordis ſ ⁊tala rẽ eã facit ⁊ polomitã: qlẽ a ſancto patriarcha iacob accepit filiꝰ q ꝑ ceteris amabaf̃. Hinc nẽpe virtutũ ꝓſeuerãtia: hinc ouerſatoris pulcre diſcoloꝝ vnitas. Hinc illa eſt gla regis filie in fimbriis aureis: circũamicta varietatibꝰ. Pt tamẽ ⁊ aliẽ hꝫ ſciſſio cordis intelligi: vt ſiqdem ꝓuum fuerit ſcindaf̃ ad cõfeſſionẽ. ſi durũ ad ꝓpaſſionẽ. Quid ni ſcindatur cor. vt viſceribꝰ effluat pietatis? Quid ni ſcindaf̃ vlcus. vt ſanies effluat? Vtilis ꝓrſus ⁊ tragq ſciſſio: vt nec claſſũ lateat peccati virꝰ in corde. nec indigenti ꝓximo claudamus viſcera miſcdie ⁊ ipſi oſeq̃m miſcdiaz a dño nr̃o ihu xpo q ẽ ſuꝑ oĩa deꝰ benedictus in ſcla ãmẽ.

Sermo. iĩ. vnde ſuꝑ.

Ogowis dilãſſimi tota deuotõe. ſuſcipite q̃dragefimale ieiumũ: qꝺ nõ ſola abſtinẽtia ꝺmẽdat. ſ multomagis ſacramẽtũ. Nã ſi deuotev ſq mõ ieiunauimus: vtiq ſancto hꝫ tpe ieiunãdũ noꝫ eſt multo deuotiꝰ. Siqꝺ eni addiẽ ad ſolitũ abſtinentie modũ: nũquid nõ valde indignũ eſt. vt noꝫ onerofuz ſit qꝺ eccleſia portat vniuerſa nobiſcũ? Hactenꝰ vſq ad nonã ieiunauimꝰ ſoli: nunc vſq ad veſperam ieiunabũt nobiſcum pariter vniuerſi: reges ⁊ principes cleri et ꝓphi nobiles ⁊ ignobiles: ſimul in vnũ diues ⁊ pauper. Nec idcirco

In 40 Lenten 3.

bixerim frēs: ne quis forte turbet a pusillanimitate spūs: & ieiuniū pñs mimori deuotōe suscipiat: dū se fortassis meminerit poris q3 ieiunij pō dus satis difficile tolerasse. Hoc eni quātū potest laborat aduersarij no ster. vt olocaustuz nostrū deuotōis pinguedine vacuet: vt & minus acceptū sit deo & scientia nostra in spirituali gaudio minus exhilaret: sic q3 de pusillanimitate tolerātie. et ā scientie pusillanimitas generet. Cuius astutias nō ignorātes. tota obsecro aduersus eū sollicitudine vigilemus: & qz hylarē datorē diligit deus ipsa q3 scientia nostra amplio rī exinde fiducia subleuat: vt deuota sint nra ieiunia: sollicite nobis totius ecclesie apponamus exēpla. Sed quid de his loquor q̄s habemus in hac ieiunij obseruatōe sortes: q̄s nō multo excellentiores habeamus in ea duces imo sacratores? Quāta deuotōe suscipiēdū est nobis q8 a sancto moyse tāq3 hereditario iure traditē: cui speciali p ceteris apparetis progatiua facie ad faciē dñs loquebat? Quāto feruore amplectēdū est. q8 helyas ille oñdat: igneo curru rapt9 in celū? Ecce eni q3 mlta milia a diebz illis generalis cōditio mortis muasit: helyas tñ vsq3 adhuc oseruāte dño manus eius euasit. Jam vero si omēdant ieiuniuz psens moyses et helyas. q3 uis magm tñ oserui nostri quātū omēdat illud ihesus dñs noster. q ipse diebus totidem ieiunauit? Qualis ille est. nō dicaz monachus q3 xpian9: q mmus deuote ieiuniū suscipit q8 et tradidit ipse xpus? Demq3 tanto deuotius imitandum nobis est dilectissimi xpi ieiunātes exemplū: quāto certius est apter nos eū ieiunasse: non apter seipm. Jeiunem9 g kīni et deuote ieiunemus sancto hoc q̄dragesime tēpore: ita sanevt nouerimus quadragesimā nostrā nō solos quadragīnta dies habere. Cōtinuāda eni nobis est q̄dragesima cūctis diebz misere huiz vite: dum p auxiliū gtie que m q̄tuor euāgelijs omendat necesse est nos decalogū legis implere. Errat plane qui paucissimos dies istos ad pnitētiā sufficere credūt: cum totū vite huius tempus ostat ad nihil aliud mstitutum. Querite dñm ait apheta nō solū quadragīnta diebz: & dum inueniri pt: inuocate eū dū ape est. Neq3 eni tūc erit inuocādi tempus. quādo nemini proximus erit deus: sed alijs quidem psens. alijs vero nimis valde remotus. Interim sane ex eo q3 proximus dicit manifestum est q nōdū habet: & tamē haberi & inueniri facile pt. Quis tibi videt proximus fuisse illi q incidit in latrones? Vtiq3 qui fecit cū eo misericordiaz. Ergo qz toto hoc tpe misericordie proximus est: q rite dñm carissimi dū inueniri potest inuocate eū dū ape est. Verūtamē psenti q̄dragesima maiore nobis ē feruore q̄rēdus: q nō solū ps & sacramentū est totius tpis huius. Proptēa si forte diebz ceteris studia vestra aliq̄tenus intepuerāt: dignū ē vt nūc in feruore spūs recalescant. Nā si gula sola peccauit: sola q3 ieiunet. & sufficit. Si vero peccauerūt & mēbra cetera: cur nō ieiunēt & ipa? Jeiunet g oculq̄ depdat9 ē aiaz: ieiunet auris. ieiunet lingua. ieiunet manus: ieiunet etiam anima ipa. Jeiunet oculus a curiosis aspectibus et omni petulantia: vt bene humiliatus coerceatur in pententia. qui male liber vagabatur in culpa

Sermo 4.

Jeiunet auris nequiter pruriens a fabulis et rumoribꝫ.et quecūqꝫ ociosa fūt et ad salutē minime ptinentia:ieiunet lingua a detractōe et murmuratione:ab mutilibꝫ vanis atqꝫ scurrilibꝫ verbis:interdū qꝫ ob grauitatē filētij et ab ipis q̄ videri poterant necessaria: ieiunet manus ab ociosis figmis et ab opibꝫ oñibꝫ que cūqꝫ nō fūt imperata:ꝫ et multomagis aia ipa ieiunet a vicijs et ꝓpria wolūtate sua. Eteni sine ieiunio hꝫ. cetera a dño reprobātur sicut scriptū ē:quia in diebꝫ ieiuniorꝫ vꝝ wolūtates vre inuenīūtur.

Sermo.iiij.vnde supra.

Via ieiunij quadragesimal tempus aduenit qꝫ tota deuotōe suscipe moneo caritatē vraz: dignū reor aliq̄tenus exponere quo fructu et quēadmoduz oporteat ieiunare.Primū q̄dem fratres p eo qꝫ ab ipis qꝫ licitis abstineamus:ea nobis q̄ prius cōmisim⁹ illicita cōdonātur.Quid vero ē condonarí cōmissa: nisi ieiunio breui ieiunia redimí sēpiterna? Jehēnā enī meruimus vbi nullus vnq̄ cibꝫ est.ꝺsolatio nulla.termin⁹ nullus: vbi guttā aque diues postulat et accipe nō meretur.Bonū ergo et salutare ieiunīū.q̄ redimūē eterna supplicia:dū remittūtur hꝫ mō peccata. Nō solū aūt abolitio ē peccatoruz.ꝫ extirpatio vicioꝝ:nō solū obtinet venīā.ꝫ et ꝓmeretur grām:nō solū delet peccata p̄terita q̄ omisimus: ꝫ et repellit futura q̄ cōmittere poteramus.Dicā vnū adhuc qꝫ facile capiatis:sepius nisi fallor expti. Jeiunīū orationi deuotionē et fiduciā donat.Et vide quēadmodū sibí inuicē ieiunīū et oratio sotiētur.sicut scriptū est:frater adiuuās fratrem

ambo cōsolabūtur.Oratio virtutez impetrat ieiunādi:et ieiunīū gratiā ꝓmeretur orādi.Jeiunīū orationē roborat:oratio sanctificat ieiuniuz. et dño repsentat.Quid enī ieiunīū nobis ꝓderit :si relinquaē in terra qꝫ absit?Subleuetur ergo ieiuniuz penna quadā orationis. Veruz huic ne forte minus sufficiat:alteraz qꝫ necesse ē sociari.Oratio iusti ait scp̄tura penetrat celos.Sint ergo ieiunio nr̄o ut facile celos penetret aledue:oratōis scz atqꝫ iusticie.Justicia vero q̄ est mihi q̄ cuiqꝫ reddit qꝫ suū ē?Noli ergo q̄si solum attēdere deū.debitor enī es etiā platis etiam frib⁹ tuis:nec vult deus ut puipendas.quos ipe minime paruipēdit. Neqꝫ enī sine causa ait apls.puidētes bona nō tm̄ cor̄ deo.ꝫ etiā cor̄ hoibꝫ.Dicebas fortasse.sufficit mihi si tm̄ de⁹ approbat qꝫ ago:quemihi de huano cura iudicio?Sz certus sis qꝫ ei nō placeat q̄quid cum scādalo filiorꝝ eius et cōtra ipius faceris wolūtatē:cui obedire te tanq̄ eius vicario oportebat.Sāctificate mḡt ieiunīū:wocate cetū.Quid est enī cetū wocare?Vnitatē suare diligere pacē:fraternitatē amare.Supbus ille phariseus ieiunīū habuit: ieiunīū sanctificauit:q̄ mirū?ieiunauit bis i sabbato et grās egit deo.Sz nō wocauit cetū dicēs:nō sū sicut ceteri hoim ideoqꝫ alauna nitēs ieiunīū eius nō pueit in celum.Vos qꝫ carissimi lauate manus vras in sāguine peccatoris:et omnino sollicíti estote ut alas duas habeat ieiunīū vr̄m:sanctimoniā scz et pacez.sine qua nemo videbit deū. Sanctificate ieiunium:ut pura intentioet deuota oratio diuine illud offerat maiestati:wocate cetum:ut ogruat vnitatí

Laudate dñm in timpano⁊ chozo: ut concors fit mozificatio carnis. Pozro qz et de ieiunio et de iustícia aliqua dixímus: dignū est ut de orá tione q̄ pauca loquamur. Nec enī quāto efficacior ē si fíat ut debet: tā to callidius impediri ab aduersario solet. Interdū enī grauiter impedí tur oratio a pusillanimitate spirit⁹ et timore immoderato. Hoc autem tūc solet fieri: cū sic cogítat hō pro priā indignitatē: ut nō auertat ocu los ab diuinā benignitatē. Abiss⁹ enī abissū inuocat: abissus lummosa abissum tenebrosam: abissus mise cordie: abissū miserie. Pro fūdū nā q̄ est cor hominis: et inscrutabile. Sed magna ē miḡtas mea: multo maior ē dñe pietas tua. Ideoq̄ cum ad meipsum turbata fuerit anima mea: memor fū multitudinis miseric tue: et respiro in ea: et cū introiero in potentias meas nolo memorarí meas nolo iustície tue solius. Verū tamē sicut piculū est si fuerít oratō nimis timida: sic in contraria parte nō minus imo et maius piculū est si forte fuerít temeraria. De hís qui sic orāt audí quid loquat̄ ad ꝓphe tā dñs. Clama ne cesses: quasi tuba exalta vocē tuā. et cetera. Quasi tu ba inquit: qz in spū vehemēti incre pādi sūt temerarij. Me eteni que rūt: q̄ seipos nōdū inuenerūt. Nec hoc dico ut peccatoribo auferā orā di fiduciā: q̄ volo eos orare tanquā gētes q̄ peccatū fecerit nō iustíciā. Orēt ꝓ indulgētia peccatorū suorū in animo cōtrito⁊ spiritu humilitatis: quēadmodum publicanus ille. deus inquit ꝓpicius esto mihi peccatori. Temeritatē dico: qñ is in cuius o scientia peccatū adhuc autvicīū ali quod regnat. ambulat in magnis et mirabilibus sup se: minus sollici tus ꝓ piculo anime sue. Terciū pi culū est si sit oratio tepida: et nō ex viua affectione ꝓcedēs. Timida q̄ dem oratio celū nō penetrat: quia re strīgit animū timor immoderat⁹: ut oratio nō dicā ascendere sed nec ꝓcedere q̄at. Tepida vero in ascē su lāguescit⁊ deficit: eo ꝙ nō habe at vigorē. Mā temeraria ascēdit q̄ resilit: resistitur enī ei: nec tātū non obtinet gratiā sed⁊ meretur offē sam. Que vero fidelis⁊ feruens o ratio fuerit: celū sine dubio penetra bit: vnde certū est ꝙ vacua redire nō possit.

Sermo. v. vnde supra.

Caritas qua ꝓ vobis sollici citus suq̄ fratres mei. cogit ut loquar vobis: et vrgen te ea multo sepius loquerer: misi tā multis occupationibus impedirer. Nec mirū si sollicitus sum ꝓ vobis: cū inueniā in meipo materiā mlt̄ā⊼ occasiōeq̄ sollicitudinis. Quotiēs enī ꝓpriā miseriā et multimoda picula cogito: haud dubiū quin ad meipq̄ oturbetur aia mea. Nec miror mihi sollicitudo ē ꝓ singulis q̄buscūq̄ ve strū: si tñ diligo vos tanq̄ meipm. Nouit ipe q̄ scrutatur corda: q̄tiēs in corde meo ꝓprie sollicitudini ꝓpō derat sollicitudo vr̄a. Nec mirum si multa mihi sollicitudo ē. ⊼ timor ma gnus oturbat me sup oīb⁹ vobis: quos video in tāta miseria et in tā tis obstitutos esse piculis. Ipi enī ut manifestuq̄ est gustamus laqueum nostrum. vbiq̄ ꝓrium circūferim⁹ inimicum: carnem hanc loquor de peccato natam in peccato nutritaq̄ corruptam inimiq̄ ipsa origine: sed

mſto ãplius ꝓua ꝯſuetudie vicłatã. Nme eſt ꝙ tam acriter caro aduerſus ſpiritũ cõcupiſcit. ꝙ aſſidue murmurat et impatiens ẽ diſcipline: ꝙ illicita ſuggerit. ꝙ nec ratõi obtẽperat: nec mhibeẽ vllo timore: hũc accedit hãc adiuuat. hac vtitur a ꝺ impugnãdos nos callidiſſimus ſerpens cui nullũ aliud deſideriũ ẽ. nullũ ſtudiũ. nullũ negociũ: niſi effundere ſãguinẽ aiarũ. Dic eſt ꝙ iugiť machinatur malũ. qui deſideria carnis inſtigat: ꝙ concupiſcẽtie ignez naturalẽ quodammodo venenatis ſuggeſtionib⁹ ſufflat: illicitos motus inflãmat peccatí occaſiones parat: et mille nocẽdi artib⁹ corda hominũ tẽptare nõ ceſſat. Dic ẽ ꝙ manus nr̃as ꝓprío cingulo alligat: et ut diciť baculo noſtro nos cedit: ut caro ꝙ data eſt in adiutoriũ. in ruinã nobis ⁊ in laqueũ fiat. Sed quid ꝓdeſt indicaſſe picula: ſi nulla cõſolatio. nulla adhibeantur remedia? Grãde quidẽ piculũ eſt ⁊ grauis luctа aduerſus domeſticũ hoſtẽ: maxime cũ nos aduene ſimus. et ille ciuiſ ſuã inhabitet regionẽ: ⁊ nos exuleſ ſimus ⁊ pegrini. Magnũ quoq; diſcrimẽ aduerſus diabolice fraudis aſtutias. tã crebros. imo cõtinuos habere cõflictus: quẽ nec videre ꝙdem poſſumus: et quẽ nimis aſtutuz fecerit tã natura ſubtilis ꝙ longa exercitatõ malicie eius. Verũtamẽ in nobis ẽ ſi vincere volumus: et nemo noſtrũ in hoc certamine deiciť inuitus. Sub te ẽ o homo appetitus tuꝰ et tu dñaberis illius. Poteſt inimicꝰ excitare tẽptatõis motũ: ꝙ in te eſt ſi volueris dare ſeu negare cõſẽſũ. In tua facultate ẽ ſi volueris inimicũ tuũ facere ſuũ tuũ: ut omnia tibi cooperẽtur in bonũ. Ecce enĩ inflãmãt inimicus deſideriũ cibi. vanitatis aut impatiẽtie cogitatões ingerit. aut excitat libidinis motuz: tu ſolũmodo ne conſenſeris: et quotiens reſiteris totiẽs coronaberis. Verũtamẽ negaẽ nõ poſſumus fratres. moleſta ſũt hec⁊ piculoſa: ſed et in ipo certamine ſi viriliter reſiſtimus. quedã pia trãquillitas de cõſciẽtia bona naſcitur. Credo etiaz ſi cogitationes iſtas ꝙ cito in nobis aduertimus nõ patimur remorari. ꝙ in ſpũ vehemẽti animus aduerſus illas excitatur: qm̃ inimicus confuſus decedet a nobis: nõ tã libenter ilico reuertetur. Sz ꝙ ſumꝰ nos aut ꝙ fortitudo nr̃a: ut tã multis tẽptatõib⁹ reſiſtere valeamus? Hoc erat certe qꝺ q̃rebat deus: hoc erat ad quod nos ꝓducere ſatagebat: ut videẽtes defectũ nr̃m. et ꝙ nõ eſt nobis auxiliũ aliud. ad eius miſericordiã tota hũilitate curramus. Propterea rogo vos fratreſ ut ſp ad manũ habeatis tutiſſimũ oratiõis refugiũ: de ꝙ etiã memini me paulo ãte i fine ſermonis eſſe locutum. Veruntamen quotiẽs de oratione loquor verba q̃dam humane cogitationis audire mihi videor in corde veſtro: q̃ et ab alijs frequenter audiui: et nõnunꝙ exptus ſũ in corde meo. Quid enĩ ẽ ꝙ licet nunꝙ ab oratione ceſſemꝰ: vix vnquam experire videatur aliquis noſtrum quis ſit orationis fue fructus? Sicut ad orationem accedimus ſic redire videmur: nemo nobis reſpondet verbum. nemo quicꝙ donat: ſed laboraſſe videmur in caſſũ Sed quid in euangelio dicit dominus? Nolite ait iudicare ſecundum faciem: ſed iuſtum iudicium iudicate. Quod eſt autem iuſtum iudicium: niſi iudicium fidei? Quoniam

In quadragesima Remi S.

iustus ex fide viuit. Ergo iudiciū fi-
dei seqr nō expimētū tuuz: qm̄ fi
des q̄dē vrax: ꝫ expimētū fallax.
Que est ergo veritas fidei: nisi qđ p
mittit ipe filius dei? Quicq̄d orātes
petitis credite q accepietis: et fiet
vobis. Memo vestrū fratres puipen
dat orationē suā. Dico enī vobis. qr
ipe ad quē oramus nō puipendet eā
Priusq̄ egressa fit ab ore nro. ipse
scribi iubet eam in libro suo. Et vnū
indubitāter e duobz sperare possu-
mus. qm̄ aut dabit quod petimus. ā
quod nobis nouerit esse vtilī? Nos
enī quid oremus sicut oportet nesci-
mus: sed miserē ille sup ignorātiaz
nostrā et orationē benigne suscipi
ens. qđ nobis aut oīmo nō est vti
le. ā nō tā cito dari necesse est mini-
me tribuit: oratio tñ infructuosa nō
erit. Ita sane. si fecerimus qđ mo ne
mur in psalmo: id est si delectemur
in dño. Ait enī sanctus dauid. Dele
ctare in dño r dabit tibi petitōnes
cordis tui. Sz quid o ꝑpheta q tam
absolute monet delectari in domi o:
ac si ad manū nobis sit huiusmōi de
lectatō? Delectationē cibi. sōni r q-
etis ceteroz̄ q̄ in terra fūt nouī-
mus: deus aūt quā delectatōez ha-
bet ut in eo delectem? Fratres mei.
seculares hoc dicere possūt: vos nō
potestis. Quis enī vestrū est. qui nō
sepe exptus sit cōscientie bone dele-
ctatōem: q̄ nō gustauerit saporē ca
stitatis. hūilitatis. caritatis? Non ē
ꝫ delectatio potus neq cibi. ā simi-
lis cuiuslibet rei: delectatio tamen
est. et maior oīmibzillis. diuina enim
est et nō carnalis delectatō: et cū in
hijs delectamur. plane delectamur
in dño. Sed causātur multi fortasse
q affectū hūc delectabilē r dulcio
rē sup mel r fauū rarius expiātur:
nimirū quia tēptatōibz interim ex
ercētur. multoqz virilius agūt. si vir
tutes ipas nō ꝓ delectatōe quā ex-
piantur: ꝫ ꝓ virutibz ipis et ꝓ solo
beneplacito dei tota intentione. r si
nō tota affectōne sectātur. Nec du
biū. quin optime compleat q̄ huius
modi est ꝑhrte ammonitōez qua
dicit delectare in dño: quoniā nō de
affectu loquit. ꝫ de exercitio. Affe-
ctus enī ille beatitudinis ē: exercitiū
vero virtutis. Delectare inq̄t in do-
mino: ad hoc tātum conare ut in do
mino delecteris: et dabit tibi petitō
nes cordis tui. Sed considera q pe-
titōes cordis dixerit: q̄s approbat
iudicium rationis. Nec habes vnde
causeris. ꝫ vnde magis tanto affe-
ctu in gratiarū actione verseris: qm̄
quidē tanta sup te cura est de tuo.
ut quotiēs ignorans queris quod
tibi mutile ē. nō te audiat sup ꝫ: ꝫ
mutet illud vtiliori bono. Sic r pa-
ter carnalis puulo querēti panem.
libenter porrigit: querēti cultellum.
quē nō necessariū putat non consen
tit: sed magis panē ei quez dederat
frangit vel aliquem ministrorum
frangi p̄cipit ut nihil ille habeat p
iculi. nihil laboris. Porro petitōnes
cordis in tribus credo cōstare: nec
video quid p̄ter illa electus sibi de
beat postulare. Duo quidē huiꝰ tē
poris id est bona corpis r bona aie:
tertiū vero est beatitudo eternevi-
te. Nec mireris q bona corporis a
deo dixerim esse querenda: qm̄ eius
sunt corporalia oīmia. sicut et spiri-
tualia omnia bona. Ab eo ergo pe-
tendum et sperandum nobis est: vñ
possumus in eius seruitio sustentari
Verūtamen ꝓ necessitatibz anime
orādum nobis est et frequētius: id
ē ꝓ obtinēda gr̄a dei aieq̄ vtutibz

Sermo 6.

Sic et ꝑ vita eterna tota pietate et toto nobis orandū est desiderio: vbi nimirum corpis et anime plena et ꝑfecta fit beatitudo. In his ergo tribus ut cordis petitiones fint: tria nobis fūt obseruāda. Nam in ꝑma q̄dem fupfluitas: et in secunda impuritas: et elatio interdū fubripe solz in tercia. Nonnunq̄ enī tempozalia q̄rī solent ad voluptatē: vtutes ad ostētationē. Sed et vitā eternā fortassis aliqui nō in humilitate querūt: ꝑ tanq̄ in fiducia fuoz meritozum. Nec hoc dico quīn accepta gratia fiducīā donet orādi: sed nō oportet ut in ea cōstituat quisq̄ fiducīā in petrādi: hoc solū conferūt hec ꝑmissa dona: ut ab ea miscēdia q̄ tribuit hec: sperētur etiā ampliora. Sit ergo oratio que ꝑ temporalibz ē circa solas necessitates restricta: fit oratio q̄ ꝑ virtutibz est aie etiam ab oīni impuritate libera et circa solū bñplacitū dei intenta: fit ea q̄ fit ꝑ eterna vita in oīni humilitate p̄fumēs de sola ut dignū est miseratiōe diuina.

Sermo. vi. vnde supra.

Bsecro vos tāquā aduenas et pegrinos abstinere vos a carnalibz desideriis. Felices qui se pūti seculo nequā aduenas et pegrinos exhibēt: immaculatos se custodientes ab eo. Neq̄ enī habemus hic manentē ciuitatē: futurā inquirimus. Abstineamus ergo a carnalibus desideriis q̄ militāt ad uersus aīmā tanq̄ aduene et pegrini. Peregrinus siquidē via regia incedit: nō declinat ad dexteram siue ad sinistraz: si forte iurgātes viderit non attēdit: si nubentes aut choros ducētes aut aliud quodlibet faciētes: nichilominus transit q: pegrinus ē: et nō ptimet ad eū de talibus. Ad patriā suspirat: ad patriā tendit: vestitū et victū habens nō vult aliis onerarī. Beatus plane qui suū sic agnoscit. sic deplorat incolatum dicēs dño: qm̄ aduena ego sum apud te: et pegrinus sicut oīnes patres mei. Magnū hoc quidem ꝑ fortasse gradus aliquis altioz ē. Nā pegrinus et si nō admiscetur ciuibz: aliq̄n tamē delectatur videre q̄ fiūt aut audirī ab aliis aut ipe narrare q̄ viderit: et his et huius et si pmitꝰ nō retinet detinetur tñ et retardat: dū minus memoz patrie. minoz accelerat desiderio. Nam et tātotpe potest in his delectarī: ut iā non soluz remoz̄etur et minus cito veniat: sed et remanēs ex toto nec tarde quidē puemat. Quis igitur ē magis alienus ab actibus seculi q̄ pegrinus? Profecto quibz dicit apostolus. mortui enī estis: et vita vr̄a abscōdita ē cū xp̄o in deo. Peregrinus mimiruz ꝑt facile occasione viatici plus q̄ oporteat et detimeri q̄rendo et p̄grauari portādo. Mortuus si defit etiaz ipa sepultura nō sētit. Sic vitupantes ut laudātes: sic adulātes audit ut detrahentes: imo vero nec audit q: mortuus est. Oīmo felix moꝛs: q̄ sic immaculatū suat imo pemtus alienum facit ab hoc seculo. Sed ne cesse ē ut q̄ nō viuit in se: viuat xp̄s in illo. Hoc ē enī qd̄ait apls. Viuo aūt iā nō ego: viuit vero in me xp̄s. Ac si diceret. Ad alia quidē oīnia mortuus fū: nō sētio. nō attendo. nō curo: si qua vero fūt xp̄i: hoc viuum muemūt et paratū. Nā si aliud pos fū saltē sētio: placet qd̄ ad eius honoꝛē fieri video: displicēt q̄ aliter fiūt. Magnus oīmo gradus ē iste.

In Quadragesima ...

At fortasse poterit aliquis adhuc superius muemiri. In q̄ gr̄ quaremus? In q̄ putas nisi in eo de q̄ nūc loq̄bam. q̄ raptus est vsq; ad tertiū celū? Quis enī prohibet tertiū celū dicē: si quē gradū supra istos poterit muenire? Audi igit̄ ipsū de hac tanta altitudine nō in se gloriantē. sed dicentē. Mihi absit gl̄ari nisi in cruce dn̄i nr̄i ihesu xp̄i: p quē mihi mūdus crucifixus est & ego mūdo. Nō solū m̄ q̄t mortuus mūdo. ꝫ crucifixus. q̄d est ignominiosū genꝰ mortis. Ego illi. parit̄ & ipse mihi. Omnia q̄ mūdus amat crux mihi fuit: delectatio carnis. honores. diuitie. vane hoim laudes. Quę vero mundus reputat crucē. illis affixus fū: illis adhereo: illa toto amplector affectu An nō maior iste est secūdo & p̄mo gradus? Peregrinus si prudens est et nō obliuiscit̄ fue pegrinatōis licet cū labore trāsit: & nō magnopere secularibꝰ implicat̄. Mortuꝰ eque blanda huius seculi fit̄ aspera spernit. Qui vero raptus est vsq; ad tertiū celū: crux illi est oīne cui mūdus inhęret: & hīs adhęret que mundo crux esse videnē. Quāuis in hīs verbis apli illud q̄ nō incōgrue posset intelligi. crucifixū ei mūdū reputatōe: ipsū vero mūdo crucifixū opassione. Crucifixū enī mūdū videbat obligatōm̄bviciorꝫ: et ip̄e crucifigebat̄ ei p opassionis affectū. Pensemus singuli in q̄ gradu q̄sq; sit positus: & studeamus p̄ficere de die in diē: qm̄ de virtute in virtutē videbit̄ deus deorꝫ in syon. Maxime vero hꝰ sancto tpe in oīni obsecro puritate uersari studeamus. vbi et certus & breuis dierū numerꝰ positus est: ne desperet hūana fragilitas. Nā si dicit̄ nobis ī oi tpe solliciti estote oino ab custodiēdā puritātē vīe cōuersatōis q̄s nō desperet? Nūc autē monemur breui diez numero. oēs aliorꝫ tēporū negligētias emēdare: vt vel sic gustemus dulcedinē p̄cē puritatis: & oī deinceps tpe in uersatōe nr̄a sancte huiꝰ q̄dragesime vestigia clara resplēdeant. Conem̄ ergo fr̄es sanctū hꝰ tpus tota deuotōe suscipere: & nūc magis arma spiritualia reparare. Nūc enī generali q̄dā totius orbis exercitu. cōtra dyabolū saluator cōgredit̄. beati q̄ sub tali duce strenue militarit. Toto siq̄dem anno domestica regis familia militat & assidua est in bellorꝫ p̄metu: semel autē & certo tpe vniuersū imperiū generali congregatur exercitu. Felices vos qui domestici meruistis esse. q̄b dicit apls. Iā nō estis hospites & aduene: sed estis cīues sanctorꝫ et domestici dei. Quid igit̄ facturi sūt q̄ toto āno pugnare susceperūt: qñ & ipsi rudes & vacātes prius spūalia arma arripiunt? Vtiq; solito amplius solite opꝰ est mistē pugne: vt magna q̄dā victoria regi nostro ad gl̄am: nobis p̄ueniat ad salutē.

De sancto benedicto abbate.

Celebramus hodie magistri nr̄i glorioſi. benedicti natalē: p eo vobis et de eo solēnis ex more p̄mo debeō. Cuius dulcissimū nomē. cū oīni vobis iocūditate amplectendū est & honorandū: qñ ipe dux vester. ipse magister & legifer vr̄ ē. Delector q̄dem & ego in ipsius memoria: licet nō meo fine rubore beati huius p̄ris nomē audiā memorari. Est enī mihi de ipsius imitatōne vobiscū seculi abrenunciatō & mo-

nastice ꝓfessio disciplinę: ꝫ singularię sine vobis cū eo ꝓticipo nomē abbatis. Abbas fuit ergo. O abbas et abbas. Nomē vnū: ꝫ in altero sola magni nois vmbra. Ministeriū vnū ꝫ heu me q̄ dissimiles mistri: q̄ntus mistratō ipsa dissimilis. Ve mihi si tā lōge a te fuero o beate bn̄dicte in futuro: q̄ a tue vestigijs sanctitatis longe esse reperior in pn̄ti. Sz nō mihi ꝭ apud vos potare necesse est. Scio q̄ sciētibꝰ me loq̄r: tm̄ pertovt pudorē hūc. vt hūc timorē me cū fraterna opassione leuetis. Nm̄ tñ oīmo dispēsatō mihi credita ē: et si nō habeo apud me qđ vob apponā: q̄raz a beato bn̄dicto tres panes q̄bꝰ vos pascā. Reficiat vos sanctitas eius: iusticia eius: pietas eiꝰ. Recolite dilectissimi: q̄ nō oīes q̄ in ꝓcessiōe dn̄i fuerūt. sua illi pstrauerint vestimēta. In illa in quā ꝓcessione quā annuēte dño in ꝓximo sumus celebraturi. qñ venienti dño ad passionē ꝛ sedenti sup asellū ꝓpli occurrerūt. nō oīes vestimēta sua ꝓsternebāt in via: ꝫ cedebāt alię ramos de arboribꝰ. Nō erat ꝭ magnū qđ gratis accepāt. q̄tis dabāt. Verūtn̄ ne ipsi q̄dez penitus ociosi fuerūt: ꝫ nec a ꝓcessione legunt excluſi Ffes mei piū xp̄i iumētū. q̄ cū ꝓphēta dicē potestis vt iumētū factꝰ sū apud te ergo semp tecū: vos quibꝰ in̄habet xp̄s. qñ aia iusti sedes est sapiētie. ꝛ apls p̄dicat xp̄m dei vtutē et dei sapiētiā: si nō habeo vestes q̄s pedibꝰ vr̄is ꝓsternā: tēptabo vel ramos cedere de arboribꝰ: vt tāte ꝓcessioni vel parū aliq̄d nō defit misterij mei. Arbor fuit beatꝰ benedictꝰ grādis atq̄ fructifera: tā q̄ lignū qđ plātatū ē secus decursus aq̄rū. Vbi sūt decursus aq̄rū? Profecto i vallibꝰ: q̄ in̄ medū mōtiū ptrāsibūt aque. Quis eni nō videat etiaz torrētes montiū arduа declinare: et mediā ad hūilitatē semp diuertere vallis? Sic ꝓfecto fit deus superbis resistit: hūilibꝰ dat grāz. Securꝰ hic fige pedem q̄cūq̄ es iumētū xp̄i: super hūc ramū inmitē: semitaz vallis incede. Nimirū in mōte sibi sedez cōstituit ꝑpens antiquus: mordens vngulas equi vt cadat ascēsor eiꝰ retro. Propter avallē magis elige ad ambulandū: vallē elige ad plātandū. Neq̄ eni vel in serēdis arboribꝰ mōtana solemꝰ eligē: q̄ frequēter arida sūt ꝛ petrosa. In vallibꝰ pinguedo est: ibi ꝓficiūt plāte: ibi plena spica. ibi cētesimus oriē fructꝰ: iuxta illud. et valles abūdabūt frumēto. Audis q̄ vbiq̄ vallis laudatur: vbiq̄ hūilitas p̄dicat. Ibi plātare vbi decursus aq̄rū. q̄a ibi copia grē spūalis ꝛ aq̄ q̄ sup celos sūt laudāt nomen dn̄i: id est celestes bn̄dictōes faciunt vt laudē. Stemus in hac kn̄i. ꝛ plātati stemus: vt nō arescamus. nō moueam̄ quocūq̄ flatu. sic̄ scriptū est. Si spūs hn̄tis p̄tatez sup te irruerit: locū tuū ne dereras. Nulla eni tēptatō vobis ꝑualebit si nō in magnis ꝛ mirabilibꝰ sup vos ambuletis: ꝫ pmaneatis radicibꝰ firmis. in humilitate radicati atq̄ fūdati. Sic fuit plātatus secus decursus aq̄rū sanctꝰ iste ofessor domini: qñ fructū suū dedit in tpe suo Sūt eni q̄ fructū nō faciūt: sūt q̄ faciūt ꝫ nō suū: sūt q̄ faciūt suū ꝫ nō in tpe suo. Sūt m̄ arbores infructuose vt quercus ꝛ vlmus ꝛ siluestres alie arbores: ꝫ hmōi nemo plantat in orto suo quia non faciūt fructū. et si quē faciūt. nō hūanu fui aptꝰ est sed porcino. Tales sūt filij hui⁹

De S: Benedicto

